(2) Et *Obs.* XI. 54. in fin. add. Jauch. *de Negation. p.* 279. *seq.* Emendationem Cujacii probat quoque Pothier. *h. t. num.* 86. quamvis eam non recte referat. Aliter Sammet. *Opusc. p.* 189. *seq.*

§. 3.

§. 3.

Et illi condictionem competere:] D. Goth. *in not.* „Imo, non competit. *L.* 9. §. *pen. de stat. liber.* Vid. Fab. *Conj.* II. 7. ubi notat, JCtos hac in re dissensisse." Et *in Rational. ad L.* 63. *de condict. indeb.* Quod verisimile. (1).

(1) Aliter A. G. van Meurs, *Diss. de Favore libertatis, Cap.* 5. §. 9. Lugd. Batav. 1783.

§. 4.

Si quis pro eo reverso *fidejusserit*, etc.] D. Goth. *in not.* „*Pro reo jam reverso*, Vulg." Etiam Rob. Steph. (1). *Fidejusserit.* Post reditum.

Deinde annus praeterierit,] Restitutioni petendae, et sic liberatus reus tempore (2).

(1) Et Hal. *Pro reo reverso*, Rehd. Vid. Geb. *h.*
(2) Add. Cujac. *loc. modo cit.* Sequitur: *quod Juliano non placebat.* ubi Nic. a Salis perperam expungere *non*, notat Jauch. *de Negation. p.* 236. add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de dol. mal.* §. 10.

§. 5.

Nihilo minus tamen pignus obligatum manebit:] Nec enim satisfactum. *L.* 9. §. 3. *de pign. action. L.* 13. §. 4. *de pign. et hyp. L. pen. de exc. rei judic.* Bachov. *de Pignorib.* V. 2. *num.* 7. Chesf. *Differ. Jur. Cap.* 98. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 892.] — Quia naturaliter non est liberatus, Averan. *Interpr. Jur.* II. 11. *num. ult.* ubi et alia responsio. (1).

(1) Vid. et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 20.

L. XXXIX.

Idem Lib. VIII. *Quaestionum.*] Junge *L.* 33. *locat. cond.* (1).

Si soluturus pecuniam tibi, jussu tuo signatam eam apud

Numularium, quoad probaretur, *deposuerim*., etc.] De hac probatione Salmas. *de Usur. Cap.* 17. *p.* 512. (2). Add. de hoc more Apulej. *Metam. Lib.* X. [*p.* 696. edit Oudendorp.] G. Forner. *Selection.* I. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 9.] Herald. *ad Tertullian. Apolog. Digress.* 150. Arrian. *in Epictet.* I. 20. Postea in Civitatibus fuere *Zygostatae.* Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de ponderator.* [*Tom.* IV. *p.* 599.] et Freher. *Parerg.* I. 14. *in fin.* [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 881.] (3).

Quia emtio perfecta fit.] Ergo haec res (4) est certa, et non fuit Africanus in *L.* 33. *loc. cond.* in alia sententia. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de emt. vend.*

(1) Add. Brencm. *Disp. de Leg. Inscription.* §. 9. *in fin.* in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 156.
(2) Plura dabit H. Hubert. *Diss.* II. *de Argentar. Vett. Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 65. *seqq.* Exemplum hic exstare *sequestrationis conventionalis*, et lucem dare hanc Legem Petronio, *Satyric. Cap.* 15. monet Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 13. *p.* 275.
(3) Add. Hubert. *Diss. modo laud. Cap.* 2. §. 4. *p.* 69. *seq.*
(4) Scil. re peremta debere emtorem pretium solvere. Vid. Jan. a Costa, *loc. cit.*

L. XLI.

Reo criminis postulato, etc.] *Adulterii* aut alterius. (1). Quid in contracto crimine, *L.* 15. *de donat.* (2).

(1) Add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Libb. Jur. Epitom. in expl. L.* 46. §. 6. *de jur. fisc. Tom.* II. *p.* 1026. *seqq.*
(2) Ad quam vid. notata.

L. XLIII.

In omnibus speciebus liberationum etiam accessiones liberantur;] Facit huc Quinctil. *Declam.* 275. (1).

Praeterquam quod inter creditorem etc.] Vid. *L.* 21. §. 2. *de fidejussor.*

(1)

(1) Add. Ayeran. *Interpr. Jur.* II. 10.

L. XLIV.

Item, si pupillo etc.] Diversum hoc a priore (1).

Et in debitum suum, etc.] Vid. *L.* 25. §. 1. *quando dies Legat. vel fideic. ced.*

Item, si ususfructus pecuniae numeratae etc.] Hoc iterum aliud.

(1) Ad priora Legis verba: *In numerationibus aliquando* etc. vid. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 6.

L. XLV.

Tamen satis esse offerri dotis quantitatem.] Hoc inter Conjuges speciale. Pinel. *ad rubr. Cod. de resc. vend. Part.* II. *Cap.* 1. *num.* 28.

L. XLVI.

Manet pristina obligatio:] D. Goth. *in not.* „Vid. ad hunc locum Cujac. *Obs.* XIX. 38." quem sequitur Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de eviction.* §. 14. Matth. *de Auction.* I. 10. §. 39. qui hanc regulam ponunt, cum res datur pro re, quasi fieret *permutatio*, quae hic nulla est. *L.* 1. *Cod. de rer. permut. L.* 1. §. 3. *D. eod.* Aliud *L.* 4. *Cod. de eviction. L.* 24. *pr. D. de pign. action.* ubi res est soluta pro pecunia, et facta quasi venditio. Nec obstat *L.* 8. *Cod. de sent. et interloc.* ubi est solutus homo liber, qui non est in commercio. Late Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 100. *error.* 7. *seqq.* Aliter paulo Fab. *Cod. h. t. Def.* 49.

§. 1.

Evicto altero fundo remanet integra obligatio.] Nisi creditor malit de uno evicto agere de evictione. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 27. *de eviction.*

Quum pro solido facta est suscipientis.] Hinc dicunt, ven-

venditionem a parte emtoris esse individuam. Fab. *Cod.* II. 16. *Def.* 1. *not.* 6.

L. XLVII.

Tempus, quo agitur, inspicitur,] Sic et *L.* 7. *pr. de donat. int. vir. et ux.* (1).

(1) Add. Merill. *Obs.* VII. 30.

§. 1.

Interdum quasi locupletior factus intelligitur, etc.] Ratio in *L.* 47. *de oblig. et action.* Non idem in aliis casibus, ut *L.* 52. §. 4. *de adm. et per. tutor.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 48. vid. Cujac. *Obs.* XV. 12.

L. XLIX.

Solutam pecuniam intelligimus etc.] Vid. Cujac. *Not. poster. ad* §. 1. *Inst. quib. mod. toll. oblig.*

Absolvi debet.] Vid. *L.* 15. *de stat. liber.*

Quod si acceptum (1) *latum* sit, quod *stipulationis nomine* etc.] *Sit id, propter quod*, Rob. Steph. (2). *Stipulationis nomine.* D. Goth. *in not.* „Id est, per modum stipulationis." quod non probo.

Vel sine stipulatione accepta sit,] *Vel si sine stipulatione accepto latum sit*, Cujac. *loc. modo cit.*

Sed satisdationis *sufficit.*] *Satisfactionis* legit Fab. *Cod.* IV. 23. *Def.* 6. *not.* 2. (3). Sic tamen et *L.* 15. §. 5. *de re judic. L.* 2. *pr. pro hered. vel pro possessor. L.* 21. §. *ult. de pec. constit.* Cujac. *d. loc.*

(1) *Accepto*, Vulg. et Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*
(2) Atque ita legendum putat Pothier. *h. t. num.* 2.
(3) Et *in Rational. ad L.* 45. *pr. de procurator.* et ante eum Hotoman. *Obs.* VI. 15. Sed nulla emendatione opus esse, observat quoque van de Water, *in not. MSS.* — De servo *dispensatore* ad seq. *L.* 51. vid. Goldast. *ad Dosith. Lib.* III. §. 10. *not.* 82. in *Jurispr. Antejustin.* Schulting. *p.* 868.

L. LII.

L. LII.

Ulpianus Lib. XIV. *ad Edictum.*] De *satisdando* agens.

L. LIII.

Cum sit jure Civili constitutum, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, non est, etc. *L.* 69. *de reg. jur.*" Hic non est merum debitoris beneficium.

L. LIV.

Paulus Lib. LVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 47. *de verb. sign.*

Magisque ad substantiam obligationis refertur, etc.] Vid. *d. L.* 47. en Senec. *de Benefic.* VI. 5. (1).

(1) Ad seq. *L.* 55. vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 55. §. *ult.*

L. LVII.

§. 1.

Amplius Titio solvi non potest:] Ego enim recte peto, nec is potest, et stipulatio in me effectum habere debet. Pichard. *ad* §. 4. *Inst. de inutil. stip. num.* 20. (1).

(1) In *pr.* Legis pro *si quis stipulatus fuerit decem in melle*, Jens. *Strict. ad Pand. p.* 478. legit: *decem*, *aut decem in melle.* Sed vid. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 8. §. 2. *p.* 402.

L. LVIII.

Idem Lib. LXXX. *ad Edictum.*] Forte occasione *stipulationis de rato.* (1).

(1) Sequentem §. 2. explicuit Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 23. qui pro *antequam is ratum haberet*, ope geminationis, legit: *anteque quam is* etc. et post *datum* ponit Comma.

L. LIX.

Et debitor constituerit se mihi *soluturum:*] Non di-

strict.

ſtricte *mihi ſoli*, ut *L.* 10. *de pec. conſtit.*

Scil. ſi ſuo,] Ratione peculii.

Non filii nomine etc.] Tunc enim ſolvere deberet ſolidum. (1).

(1) Conf. Pothier. *h. t. num.* 51.

L. LX.

Idem Lib. IV. *ad Plautium.*] Junge *L.* 33. *de m. c. donation.*

L. LXI.

In perpetuum, quotiens id, quod tibi debeam, ad te pervenit, etc.] Videtur haec regula latius accipienda, quam ſit in Gloſſ. et apud Goth., et innui regula *L.* 34. *in fin. h. t. L.* 26. §. 8. *et* 15. *de condict. indeb.* quod *condictio indebiti* ceſſat liberatione facta, et contra.

L. LXII.

Qua *liber factus incipit debere*,] D. Goth. *in not.* „*Quia*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Et Taurell. in margine, et Rehd. Vid. Geb. *h.* In ſeqq. verbis pro *quia incipit debere hic heredi*, etc. Nic. a Salis male legere: *quia non incipit* etc. notat Jauch. *de Negation. p.* 228.

L. LXIII.

Poteſt is ſervus per acceptilationem liberare eum:] Si huic ſervo acceptum feratur. (1).

(1) Jenſio, *Strictur. p.* 478. haec, ut et praec. *L.* 62. videtur inextricabilis. Rationem tamen non addit, eamque ignoro.

L. LXV.

Pomponius Lib. I. *ex Plautio.*] Junge *L.* 13. *de manumiſſion.*

Vel agnato curatore voluntate filiae.] D. Goth. *in not.* „Cu-

„*Curatori*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Et Rehd. et Taurell. quoque edidit: *curatorE.* Vid. Geb. *h.*

L. LXVI.

Idem Lib. VI. *ex Plautio.*] Junge *L.* 12. *de reb. cred.* (1).

Nec creditori, cum quo alterius jussu contraxit:] Facit huc *L.* 44. *de condict. indeb.*

(1) Add. Merill. *ad Tit. Pand. de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 669.

L. LXVII.

Poterit ejusdem Stichi dominium postea consecutus, dando liberari.] Aliud *L.* 66. §. 3. *de Legat.* 2do. Rationem diversitatis reddit Chesius, *Differ. Jur. Cap.* 59. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 803. *seq.*]

Quod non possit videri is, qui ita accepit, ut ei, a quo accepit, retro reddat, solvisse potius quam decessisse.] D. Goth. *in not.* „*Dedisse*, Vulg. Hal." et Rob. Steph. „*Decidisse*, Contius." et sic Ms. Charondae, qui id probat. *Reddidisse*, Ant. Fab. *in Ration. ad L.* 20. *de reb. cred.* Merillius, *Var. ex Cujac.* III. 7. Florentinam lectionem explicat, ut sit *decessisse ab obligatione*, probante Hubero, *Eun. Rom. ad d. L.* 20. *de reb. cred.* (1) Mihi Vulg. *dedisse* rectior videtur. Vid. D. Goth. *in not.*

(1) Florentinam lectionem defendit quoque Voorda, *Interp. et Emend.* I. 19. qui verba haec accipit de creditore, et *solvere* explicat, *solvere obligationem*, seu *debitorem.* Voordam sequitur Pothier. *h. t. num.* 83. et Jo. Guil. van Musschenbroek. *Diss. de Lege Commissor. in pign. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 641. Sed van de Water, *in not. MSS.* ait: 1°. se dubitare, an *solvere* simpliciter eo sensu usquam dicatur non adjecta persona debitoris, qui ab obligatione liberatur. 2do. *Solvere* eo sensu

su non differre a *decedere*, quum creditor, qui debitorem solvit, ab obligatione decedat: et videri tamen JCtum, duas res inter se opponere voluisse. Hinc potius verba haec ad *debitorem* referenda putat, et pro *decessisse* cum Contio legendum, *decidisse*, quae duo verba saepe a Librariis confunduntur, additque *solvere* et *decidere* etiam opponi in *L.* 3. §. 1. *ad L. Falcid.* et emendationem hanc necessariam videri, etiamsi verba JCti ad *creditorem* referas. — De verbo *moveris*, in seq. *L.* 68., vid. G. Forner. *Selection.* III. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 122. Verba: *et sciendum est, in omnibus istis casibus* etc. Triboniano adscribit Fab. *Conject.* XVII. 15. et *de Jurispr. Papinian. Tit.* XII. *Princ.* VIII. *Illat.* 31. *in fin.* Sed ei non adsentitur van de Water, *in not. MSS.* quum non abhorreant a stylo Marcelli, neque ab ejus consueto respondendi more.

L. LXXI.

§. 1.

Si fidejussor procuratori *creditoris solvit*, etc.] Non tamen ad hoc constituto.

Et creditor post tempus, quo liberari fidejussor poterit, etc.] Vid. *L.* 69. *de fidejussor.*

§. 2.

Confirmetur *solutio*:] D. Goth. *in not.* „*Confirmatur*, Hal. Vulg.” Etiam Rob. Steph.

L. LXXII.

Qui decem debet, etc.] Vid. Donell. *ad L.* 91. §. 3. *de verb. oblig.*

Deinde debitor ea sine sua culpa *perdiderit*,] *Sine sua culpa* inducit Noodt. *de Foen. et Usur.* III. 15. Vs. *Sed quid* etc. ob *L.* 9. *solut. matrim. L.* 17. *de per. et comm. rei vend.* Aut pro *sua* legendum *sūa*, id est, *summa*, *lata*, cum Eod. *Obs.* I. 16. (1).

Ip-

Ipso jure desinet teneri.] Absque *exceptione* in hac actione bonae fidei.

(1) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 95. §. 7. add. Pothier. *Tit. de Usur. num.* 67. Nihil mutat Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 11. §. 1. Vid. et Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 479. *seq.*

§. 1.

Quia novari prior obligatio non potest,] Obstat *L.* 31. *pr. tit. praec.* (1). An dicemus, haec dici tantum hoc sensu: *si ponamus non posse.*

(1) Ad quam vid. notata.

§. 3.

Non enim obtulisse eum propter absentiam intelligi potest.] D. Goth. *in not.* „Imo, potest. *L.* 17. *de condict. furtiv.*" Ponit regulam. (1).

(1) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de condict. furtiv.* Vs. *Spero, neque* etc. et Pothier. *eod. Tit. num.* 14. Vid. et Lud. Charond. *ad Tit. de verbor. oblig.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 820.

§. 4.

Sed ei, qui hominem dari stipulatus est, unum etiam *ex his, qui tunc stipulatori servierant* (1), *dando* etc.] D. Goth. *in not.* „*Num etiam*, Cujac. *Obs.* XIV. 20." et *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 66. §. 3. *de Legat.* 2do. Pro lectione tamen Florentina stat Merill. *Var. ex Cujac.* III. 8. et Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 260.] Ratio autem hujus decisionis, quia stipulatio hic non est aperte facta de re, quae stipulatoris erat. — Alia mens Papiniani *L.* 66. §. 3. *de Legat.* 2do. Vid. et de his Legibus Scip. Gentil. *de Divid. et individ. oblig. Cap.* 10. [*Oper. Tom.* I. *p.* 127. *seq.*] Brisson. *de Solution. Lib.* I. [*Oper. minor. p.* 150. *seq.*]

Donell. *ad L.* 16. *de verb. oblig.* Zoes. *ad h. t. Pand. num.* 25. *seq.* Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 29. *Thes.* 5. *Lit. e. p.* 1023. *seq.* Egit de his locis etiam Cujac. *ad L.* 27. §. 7. *de pact.* Sed non satis extricat. (2).

(1) *Stipulatoris servi erant*, Majans. *Disp.* VII. §. 20. ubi de hac Lege.

(2) Vid. et Wissenbach. *Disp. ad h. t. Pand.* §. 15. et Pothier. *h. t. num.* 64.

L. LXXIII.

Id potius soluturum *existimetur*, etc.] *Solutum*, Rob. Steph. (1).

Magis tamen existimo, licuisse creditori etc.] Hic est unum debitum, non plura, ut in *L.* 1. et *L.* 44. *h. t.* et id actum, quod hic dicitur, et creditor pignus et fidejussorem accepit separatim. Merend. *Controv. Jur.* XIII. 26. (2).

(1) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

(2) Add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 52. *num.* 17.

L. LXXIV.

Lucro debet cedere creditoris.] D. Goth. *in not.* „Imo non debet, etc. *L.* 42. *in fin. pro soc.*" Alio pertinet.

L. LXXV.

Confusio hereditatis peremit petitionis actionem.] Quae defuncto competit.

L. LXXVI.

Nihil ea cessione actum, cum nulla actio superfuerit:] Idem evenit, quoties plures pari modo obligantur. *L.* 2. *de duob. reis.* Aliud, si dispari, ut *L.* 28. *mandat. L.* 95. §. 10. *h. t.* ibi tantum alter per exceptionem liberatur, quae cessionario non obstat, et sic *L.* 20. §. 1. *de tut. et ra-*

ration. distrah. *L.* 25. *de adm. et per. tutor.* *L.* 57. *de Legat.* 1°. *L.* 25. *in fin. loc. cond.* add. Sand. *de Action. Cesfion. Cap.* 7. Fab. *Cod.* VIII. 27. *Def.* 14. et *Conject.* XI. 9. *seq.* Aliud volunt in solutionibus, quae fiunt ex sententiis in quaestione de *προτοπραξία*. *Consil. JCtor. Batav. Part.* IV. *Conf.* 236. *in fin.* (1).

Cum novissimo quoque casu pretium magis, etc.] Vid. *L.* 36. *de fidejussor.* *L.* 5. *de censib.* Sand. *loc. modo cit.*

(1) Sequitur: *tunc solutio facta esset*, *mandatum subsecutum est.* Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. serv. am. Cap.* 1. *in not.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 290. ope geminationis, legit: *facta esset*, *et mandatum* etc. etiam van de Water, *in not. MSS.* Hal. verbo *mandatum* praefigit: *et*, omisso sequenti: *est.* Vid. Geb. *h.*

L. LXXVII.

In liberto antiquior contractus operarum etc.] Gloss. *quam operarum* (1).

(1) Etiam Pothier. *h. t. num.* 95. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 32. *num.* 11. — Sequitur in *L.* 78. *in libris* Caji *scriptum est*, id est, *Cassii*, quem Javolenum solere simpliciter *Cajum* appellare, notat Mascov. *de Sect. Sabin. et Proculian. Cap.* 2. §. 2. *num.* 2. add. notata superius ad *L.* 54. *de cond. et dem.*

L. LXXIX.

Et quodammodo manu longa *tradita existimanda est.*] Vid. Donell. *in Comm. Jur. Civ.* V. 9. Male Goth. *in not.*

L. LXXX.

Prout quidque contractum est, *ita et solvi debet:*] Senec. *de Benefic.* V. 14. *quo genere obligatus es*, *hoc fidem exsolve* (1).

(1) Plurima hujus rei exempla adfert Rad. Forner. *Rer. Quotid.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 136. *seq.*

Averan. *Interpr. Jur.* III. 11. Explicuit hanc Legem Majanſ. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 289. *ſeq.*

L. LXXXI.

§. 1.

Optimum quidem esſe, ſi Praetor aditus jusſisſet etc.] Vid. Carpzov. *Defin. Forenſ. Part.* II. *Conſt.* 30. *Def.* 24. Fab. *Cod.* IV. 11. *Def.* 2. *not.* 6. (1).

(1) De hac Lege Majanſ. *loc. modo cit. p.* 517. *ſeq.* — Sequitur in *L.* 82. *nec cauſſam habuisset exiſtimandi id invita Seja facturum esſe.* Hal. inſerit: *ſe* post *exiſtimandi.* Vulg. post *Seja.* Vid. Brencm. *h.* Rucker. *in not. MSS.* ope geminationis, legit: *invita ſe Seja.*

L. LXXXIV.

Non esſe liberatos fidejusſores ejus respondit:] Quia adhuc durat naturalis obligatio in ſervo. Merill. *Obs.* VIII. 9. (1).

At ſi idem ſervus ex peculio ſuo permisſa adminiſtratione peculii nummos ſolvisſet, etc.] Pro parte, juxta Ant. Fab. *Conject.* I. 17. *num.* 3. quod non probo.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. §. 16. *not.* 47. Vid. et Wiſſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 16. et Pothier. *h. t. num.* 14.

L. LXXXV.

Non minus quantitate, quam die.] Est ὑστερολογία, frequens apud Vett. JCtos. Vid. P. Fab. *Semestr.* I. 23. (1). Nihil ergo mutandum (2).

(1) Add. notata ſuperius ad *L.* 7. §. 8. *de pact.*
(2) Fabrum, *Conj.* V. 18. legere: *non minus die, quam quantitate*, notat Goth.

L. LXXXVI.

Paulus Lib. VIII. *ad Edictum.*] De *procuratoribus* agens.

Hoc

Hoc jure utimur, ut litis procuratori non recte solvatur:] Vid. Sand. *Decis.* III. 16. *Def.* 2. (1).

(1) Add. seq. *L.* 87. vid. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 5. §. 50. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 111.

L. LXXXVIII.

Responderi jure liberatos.] Solverant enim ei, cum quo contraxerant, quae exceptio est a *L.* 28. *h. t.*

Claudius: subest enim illa ex jurisdictione *pendens quaestio,*] Sic et *L.* 56. *de adm. et per. tutor.*

An pretia rerum, quae *sciebant esse pupillae,* etc.] An, *quas?* Ant. Fab. *in Ration. ad L.* 17. §. 3. *de instit. act.* legit: *nesciebant.* Male. (1).

(1) Egit de hac Lege Jos. Fern. de Retes, *Opusc. Lib.* IV. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 219. *seq.*

§. LXXXIX.

Ex pluribus caussis et chirographis creditor ita cavit: etc.] Simile apud Reines. *Inscription. Class.* VII. 16.

Et accepto tulisse a *Gajo Titio* etc.] Rectius *a* abest apud Rob. Steph. (1).

(1) *Cauta chirographo* Schroder. *Obs.* III. 13. *p.* 275. explicat: *quae sub cautione sunt scripta.*

§. 2.

Id est, Idibus *Septembribus:*] Quibus solebat exigi pecunia credita foenebris. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L. pen. de reb. cred.* D. Goth. *in not. ad L.* 24. *de pec. constit.* (1).

(1) Vid. et ad hunc §. Averan. *Interpr. Jur.* V. 32. *num.* 13.

L. XCI.

Nam et petentem *te doli mali praescriptio excludet.*] Ab expromissore. Facit huc *L.* 7. §. 8. *de dol. mal.* (1).

 (1)

(1) Praecedit: *non potest invitus a se solvi.* D. Goth. *in not.* „*Absolvi*, Vulg. Hal." etiam Rehd. Vid. Gebr. *h.* Sed male. Vid. van de Water, *Obs.* II. 14. *p.* 191. et D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 1. *p.* 221. Sequitur: *a quo debitum* novandi *causa* etc. Graecos legere: *donandi*, monet Jens. *Strict. ad Pand. p.* 480. qui id probat. — Sequitur in *L.* 92. *haec manumissio morti similis fit.* Non omnis. Vid. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 9. *num.* 1. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1195.

L. XCIII.

Si duo rei sint stipulandi, etc.] Vid. Fab. *Conject.* VIII. 4. (1).

(1) De locutione *quo bonum est*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 399. *not.* 15. et notata superius ad *L.* 13. §. 2. *de usufr.*

§. 1.

Confunditur obligatio.] Vid. Fab. *Conject.* VIII. 4. (1).

(1) Qui putat, hic deesse particulam *non*, eamque huc transponendam ex seq. §. 2. verb. *non confunditur*, ubi abundat. Pari modo Cujac. *Obs.* XI. 34. *fin.* de Retes, *Opusc. Lib.* III. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 194. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 28. *Thes.* 7. *Lit. c. p.* 974. Voet. *ad h. t. Pand. num.* 24. Jauch. *de Negation. p.* 280. 327. Jens. *Strictur. p.* 481. Pathier. *h. t. num.* 121. Aliter Sammet. *Opusc. p.* 195. *seq.*

§. 2.

Et quasi generale quid retinendum est, etc.] Leonin. *Emend.* I. 3. *num.* 6. ait, id etiam non procedere semper.

Quam confusionem parere.] D. Goth. *in not.* „*Pariat*, Vulg." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Hal. *parere videatur.* Vid. Goth. Malam versionem dicit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 482.

§. 3.

§. 5.

Licet Proculus dissentiat.] Putans, hoc casu obligationem minorem majori supervenientem nec illam tollere, nec ab illa tolli. Aliud, si fidejussor succedat debitori. Indistincte accessoriam tolli, vult Sabinus, quod obtinuit. Cujac. *Tract.* VII. *ad African. in expl. L.* 21. §. 1. *de fidejussor.* et *ad Libb. Julian. Digestor. in expl. L.* 14. *eod.* Fab. *Conject.* I. 5.

L. XCIV.

§. 2.

Postquam furti, vel *ex caussa condictionis praestiterit.*] *Vel* pro *et* (1).

(1) Conf. Pothier. *h. t. num.* 73. — Sententiam Papiniani in praec. §. 1. refert Ulpianus in *L.* 13. §. 1. *de reb. cred.* ubi vide. add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 5. §. 5. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 86.

§. 3.

Ex solutione autem petitionem *non praestat.*] Id est, *condictionem.* (1).

Quae habuit auxilium exceptionis,] Pone, *SCti Macedoniani.*

Quam servus non ex utilitate peculii suscepti *solveret.*] Lege: *suscepit*, *solveret.* (2).

(1) *Repetitionem non praestabat*, legit van de Water. *Obs.* II. 14. *p.* 197. *Praestabat* etiam Hal. Vid. Goth.
(2) Ut in edit. Flor. Putem vitium typographicum, quod tamen etiam aliae editt. Goth. habent.

L. XCV.

§. 2.

Aliquando pro solutione cedit,] Vid. *L.* 50. *de fidejussor.* Quando id fiat, quando non, Averan. *Interpr. Juris* II.

II. 11. Est loco *solutionis*, cum creditor debitoris hereditatem plene adquisivit: alias pro *confusione*. Fab. *Cod.* VIII. 8. *Def.* 11. *num.* 10. *seqq.* et distincte, *de Errorib. Pragm. Dec.* 2. *error.* 4.

Non enim quanto locupletior pupillus factus est, consequeretur,] D. Goth. *in not.* „*consequitur*, Vulg." Sic Ranchin. *Var. Lection.* III. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 951.] ubi quaedam non bona. „*Consequetur*, Hal." et Rob. Steph. (1). Ceterum, hic videtur sibi solvere debitore volente. Os. Aurel. *Dispunct.* 20. *in fin.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 743.]

Sed in solidum *creditum suum* etc.] D. Goth. *in not.* „*In solutum*, Cujac." Non probo. add. Merill. *Obs.* VII. 5. et Os. Aurel. *loc. modo cit.* (2).

(1) Voorda, *in not. MSS.* verbum *consequeretur* mavult deleri.

(2) Etiam Ranchin. *loc. cit.* et Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 446. *num.* 9. Sed Cujacium sequitur Pothier. *h. t. num.* 119. Egit de hoc loco etiam D'Ajala, *Comm. in L. ult. Cod. de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1076. *seq.* et Lyclama, *Membran.* VI. 19. §. 4.

§. 3.

Ex caussa fidejussionis liberari,] D. Goth. *in not.* „Hodie *fideicommissariam* obligationem non tolli, etc." Lege: *fidejussoriam.*

Nam si reus duntaxat fuit obligatus, *fidejussor liberabitur*,] Vere et civiliter, per *L.* 5. *de fidejussor.* quasi tunc semper principalis plenior sit fidejussoria. Merill. *Var. ex Cujac.* III. 23. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. (1). Aliter Cujac. apud D. Goth. *in not. locc. ibid. citt.* et *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.* cujus tamen emendatio: *nam si reus natura duntaxat fuit obligatus, fidejussor non liberabitur*, mihi blanditur, et pla-

placet Charondae, *h.* et Fabro, *Conject.* VIII. 4. *num.* 5. (2). Displicet autem Fr. Marsio Gordonio, *Praetermissor. Cap.* 14. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 875. *seq.*] qui misere tricatur.

E contrario non potest dici non *tolli* etc.] Τὸ *non* delet Leonin. *Emend.* I. 3. *num.* 4. *et* 7. (3).

Si debitor *propriam* etc.] Vere obligatus.

Nam si minori XXV. *annis* bonae fidei (4) *pecuniam credidit*, etc.] Dissolutis succurrit L. Laetoria (5).

Difficile est dicere, caussam juris honorarii,] Quod incertum. *L.* 48. §. 1. *de fidejussor.*

Retinere fidejussoris obligationem, quae principalis fuit, etc.] *Ac non potius solam manere minoris obligationem, quae principalis* etc., Faber, *Conject.* VIII. 4. *num.* 10. Explicatio sane Merillii, *Var. ex Cujac.* III. 25. (6) qui *fidejussoriam* intelligit per *principalem*, ratione scil. juris Praetorii, non placet. Non bene exponit Leonin. *Emend.* I. 5. *num.* 7. et *num.* 12. improbat emendationem Fabri, contra quem etiam disputat Fr. Mars. Gordon. *loc. supra cit.* Sed non bene exponit. Bachovius, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 28. *Thes.* 7. *Lit. c. p.* 977. intelligit caussam juris honorarii: quod non placet. *Non retinere*, Jauch. *de Negation. p.* 283. non recte.

(1) Florentinam lectionem retinet quoque Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 12. ubi late de hac Lege: et Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in jur. Civ. non admitt. p.* 125.

(2) Etiam Bachovio, *loc. cit. p.* 976. Jauchio, *de Negation. p.* 282. *et* 184. Voetio, *ad h. t. Pand. num.* 20. eamque pluribus probavit Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 20.

(3) Quem refutat Voorda, *d. loc. p.* 77.

(4) Pro *bona fide*, Pothier. *h. t. num.* 122.

(5) Vid. A. C. Stockmann. *ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 26.

(6) Quem sequitur Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand.*

de fidejussor. §. 1. Cujacius, *ad Libb. Papin. Quaestion. in expl. h. l.* pro *principalis* legit: *personalis.* Sed vid. Voorda, *loc. cit. p.* 80. *seqq.* quem probat Pothier. *loc. laud.*

§. 4.

Ita justo pacto,] Vid. *L.* 52. §. 2. *de pact.* D. Goth. *in not.* „ Imo, naturalis obligatio, etc. pacto non tollitur ipso jure, etc. *L.* 27. §. 2. *de pact.*" Ibi illa non fuit sola.

§. 5.

Cum stipulatio ei adquiri non possit:] Ut *L.* 130. *de verb. oblig.* Aliter frustra.

Cum ipse sibi *stipulatus non est:*] Scil. *etiam sibi:* nam aliter *filii* persona inutiliter adjicitur.

§. 6.

Facultas solvendi Titio non intercidit:] Vid. *L.* 56. §. 2. *de verb. oblig.* et ad eam notata (1).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 15. qui etiam alios laudat, quibus add. Majans. *Disp.* VIII.

§. 7.

Quod quidem Labeo et Pegasus putaverunt utilitatis caussa *recipiendum.*] Contra strictum jus: haec enim facti sunt, et in ipsorum persona videntur implenda (1).

(1) Add. Majans. *loc. modo laud.* Ant. Fab. *Conject.* XV. 17. verba seqq. *idque ita recipi potest, si pecunia in rem vel pupilli vel furiosi versa est,* ejicit, et sequentem periodum: *idem respondendum est,* etc. Triboniano adscribit. — Ad seq. §. 8. vid. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 401. *num.* 5.

§. 9.

Quod ex hereditate ad alienum *pertinente* etc.] Pro *alium.*

Ni-

Nihil ea res possessori proderit.] Quia poenam tantum solvisti (1).

(1) Add. Cujac. *Obs.* XXII. 29.

§. 10.

Et huc pertinet, tutoris, etc.] Qui neglexit exigere a debitore.

Quod debitorem ejus non convenit,] Vid. *L.* 2. *Cod. arbitr. tutel.*

Nec si damnatus tutor solverit, ea res proderit debitori:] Propter se enim tutor solvit. (1).

(1) Add. Ant. Fab. *Conject.* XI. 10.

§. 11.

Si creditor a debitore *culpa sua caussa ceciderit*,] Forte additum olim: *plus petendo*, idque omissum a Triboniano vel Librariis. D. Goth. *in not.* „*a debitore petens*, Hal. Vulg." Etiam Rob. Steph.

Prope est, ut actione mandati nihil a mandatore *consequi debeat:*] Idem volunt de *fidejussore.* Sand. *de Action. Cession. Cap.* 6. *num.* 43. *seqq.*

§. 12.

Fidejussor eo nomine acceptus soluto contractu liberabitur.] Vid. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. quando lic. ab emt. disced.*

L. XCVI.

Sed et interdicto fraudatorio etc.] De quo *L.* 10. *pr. quae in fraud. credit.* ubi vide.

§. 1.

Tutores ejus cum adolescente transegerunt:] Ratione *actionis subsidiariae*, et sua ex arca solverunt.

Qui suum recuperavit:] Vid. *L.* 44. *de condict. indeb.*

§. 2.

§. 2.

Quamvis nulla delegatio (1) *facta, neque liberatio secuta esset, tamen nominis periculum ad eam pertinere.*] Uti *L.* 17. *in fin de hered. petition.* add. Fab. *Cod.* VIII. 51. *Def.* 28. *not.* 2. [et *Conject.* XII. 7.]

(1) Id est, quamvis nulla esset interposita stipulatio, per quam obligatio *Legati* in obligationem hujus *nominis* fuisset novata, Pothier. *h. t. num.* 66. — De voce *consortioni*, in seq. §. 3., vid. D. Goth. *in not.* add. Pith. *Excerpt.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 554. Vid. ad hunc §. Averan. *Interpr. Jur.* V. 32. *num.* 19. *et* 22. *seq.*

§. 4.

Ad eum hereditate postea devoluta, caussa condictionis evanescit:] Hoc ordinarium. *L.* 63. *de condict. indeb.* ubi vid. Fab. *in Rational.*

L. XCVII.

Quod verisimile videretur, diligentem debitorem admonitu *ita negotium suum* etc.] *Admonitum*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. et Flor. quoque *m* adscripta. Vid. Brencm. *h.* qui id probat.

L. XCVIII.

Dicendum est, maritum ex dotis promissione agere posse,] Potestas enim evictionis tollit effectum solutionis. Facit huc *L.* 55. *in fin. ad SCtum Trebellian.* Fab. *Cod.* VIII. 3. *Def.* 20. *not.* 5. (1).

(1) Ad seq. §. 1. *et* 2. vid. Callet. *ad Tit. Cod. de eviction.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 521. add. Pothier. *h. t. num.* 78.

§. 5.

Prius mortuo intestato *filio:*] Ratio *L.* 2. *de castr. pecul.*

Et

Et utique cujus fuerit, eventus declaret:] *Declarat*, RobSeph. (1).

Sitque *et* hoc *ex his*, etc.] *Sicque et hic*, Rob. Steph. (2).

Quae post factis, etc.] *Quae post facta sunt*, Rob. Steph. (3).

In praeteritum quid fuerit, declarent.] *Quid cujusque fuerit, declaratur*, Rob. Steph. (4).

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) *Sicque* etiam Hal.
(3) *Quae ex post factis sunt*, Hal. Rucker. *in not. MSS.* ope geminationis, *quae e post factis* etc.
(4) *Cujus quid fuerit, declaret*, Hal. etiam Flor. *n* in *declarent* deleta. Vid. Brencm. *h. Factum quid fuerit* fortasse legendum, conjicit van de Water, *in not. MSS.*

§. 5.

Et ideo quinque ei solutis, remanebunt *reliqua quinque in obligatione.*] D. Goth. *in not.* „Imo, non remanebunt: quoties enim *alternativa est* etc." Sed hic una tantum summa est vere debita. (1).

Contra, si mihi quinque, illi decem stipulatus sim, quinque Titio solutis, non facit *conceptio stipulationis, ut a me liberetur.*] D. Goth. *in not.* „Imo facit: nec enim potest esse plus in accessorio, etc." Nihil hic tale: est enim adjectus solutionis caussa.

(1) Add. notata superius ad *L.* 116. *de verb. oblig.* et Majansf. *Disp.* VIII. §. 19. *seqq.* quem etiam vid. de seq. §. 6. *ibid.* §. 25. et ad §. 7. vid. Noodt. *de Usufr.* I. 16.

§. 8.

Aream promisi alienam: etc.] Vid. Cujac. ad *L.* 83. §. 5. *de verb. oblig.* (1).

Denique Lex XII. *Tabb. tignum aedibus junctum vindica-*

cari posse, scit:] Sic Theoph. *in Paraphr. ad pr. Inst. quib. al. lic. vel non.* ᾔδει γὰρ ὁ νόμος, *sciebat enim Lex.* ubi Fabrot. (2).

(1) Add. notata superius ad *L.* 79. §. 2. *de Legat.* 3°. et *ad d. L.* 83. §. 5. *de verb. oblig.*
(2) Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 1. §. 12. *not.* 50. *Sciscit* legit Curtius, Εἰκαςῶν, II. 34. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 176. Sed vid. Otton. *in Praef. d. Tom.* V. *p.* 16. add. Pothier. *h. t. num.* 107. Brencman. tamen edere mallet: *scIt* pro *sciit*, *scivit*, a *scisco.*

L. XCIX.

Debitorem *non esse cogendum* etc.] Pro hac lectione disputat Bynkersh. *Obs.* I. 9. D. Goth. *in not.* „*Creditorem*, Hotoman. etc." et sic Basil. ὁ δανειςὴς (1), et vult Titulus, suo quo Lex collocata est. Nec *debitor* est, qui nihil accepit, sed *futurus.* *L.* 30. *de reb. cred.* et *L.* 9. §. 8. *eod.* imo, nec quicquam accipere cogitur, etsi promiserit. *d. L.* 30. *de reb, cred.* *L.* 4. *quae res pign.* *L.* 11. *pr. qui potior. in pign.* hic vero cogendus, si nihil intersit.

(1) Add. Leunclav. *Notat.* II. 101. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1525. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 56. §. 7. et *ad Caj. Inst.* II. 9. §. 1. *not.* 21. quo posteriore tamen loco observationem Bynkershoekii non improbat. Florentinam lectionem retinet quoque Lyclam. *Membran.* V. 21. eamque pluribus defendit Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* II. *p.* 150. *seqq.* quem sequitur Puttman. *Miscellan. Cap.* 12. *p.* 60. Vid. et Jens. *Strict. ad Pand. p.* 483. et Branchu, *Obs. Dec. Alt. Cap.* 14. *p.* 62. *seq.* Sed Vulgatam lectionem: *creditorem*, cum Cujacio, Pothierio aliisque, praefert Gluck. *ad Tit. de reb. cred.* §. 783. *p.* 66. *not.* 74. add. Westenberg. *ad Tit. Pand. de reb. cred.* §. 42. et van Eck. *ad eund. Tit.* §. 30. Sequitur: *in aliam* formam. Id est, *Characterem*, seu *figuram* num-

nummi. Car. Annib. Fabrot. *contra Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1256.

L. C.

Nisi specialiter tutores Provincialium rerum, ut sibi Romae redderetur, promitti curaverunt.] Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 91. *error.* 1. *num.* 3. (1).

(1) Contextum Graecum vitiosum hic esse, monet Jens. *Strict. ad Pand. p.* 484. Praecedit: *an, si solverit, debitor liberetur?* sed legendum: *an, si solverit debitor, liberetur?* observat van de Water, *in not. MSS.*

L. CI.

Paulus respondit: non ideo eos, qui etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, videntur liberati. *L.* 4. *in fin. si ex nox. causs. agat.*" Nihil ad rem.

§. 1.

Quae natura tantum debebatur.] Hic caussa est certa. add. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 29. *Thes.* 3. *Lit. c. p.* 1019. *seq.* (1).

(1) Et Averan. *Interpr. Jur.* V. 32. *num.* 15.

L. CII.

Quasi aerosa etc.] Id est, admixtum habens aes (1): id vult vis verbi, de quo latius, quam opus, Bynkersh. *Obs.* III. 4.

Jussu Praesidis *sublata est:*] Al. *Principis:* non opus. Bynkersh. *d. loc.*

Nec creditoris, nec tutoris detrimentum esse.] Aliud *L.* 72. *pr. h. t.* Vid. Curt. Εἰκαστῶν, II. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 151. (2).

(1) Vid. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 39. *h. t.* Curtium, *loc. cit.* Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 15. *seq.*

(2) Quem Leges illas recte conciliare, ait Otto, *loc. modo cit.*

cit. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 13. Est etiam *ad h. L.* 102. *pr. Disſertatio*, docte et eleganter conſcripta, Ampl. B. P. van Weſele Scholten. Lugd. Batav. 1785.

§. 1.

Respondi, ſi qui dabat, in ſortem ſe dare dixiſſet, etc.] Nec hic videtur opus creditoris conſenſu, ut vult Mev. *Deciſion. Part.* VII. *Dec.* 211. *not.* 3.

§. 2.

Respondi, videri in primam quamque *ſummam* etc.] *In primam magis, quam in ſupremam*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Charond. *h.* in margine. Nihil ea de re monitum in Corp. Jur. Geb. et Spang. — In ſeq. *L.* 105. pro *ab eo ſolutum est, debere ſtatim ſolvere*, Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 24. ope geminationis, legit: *ab eo ſolutum est, debet, debere ſtatim* etc. Pothierio, *Tit. de fidejuſſor. num.* 64. in praec. verbis abundare videntur voces *eo* et *qui.* Ad verba: *nec enim cum ſacco adire debet*, vid. Cujac. *ad L.* 118. *de verb. oblig.* et Grot. *in Flor. Sparſ. p.* 244. *ſeq.* Male Alciat. *Parerg.* II. 8.

L. CVII.

Vel cum in eandem perſonam jus ſtipulantis promittentisque devenit.] Talis caſus apud Quinctil. *Declam.* 273.

L. CVIII.

Quia talis est lex obligationis.] Facit huc *L.* 106. *h. t.* et jus jam ſtipulanti est quaeſitum, ſi non per mandatum, ſaltem per ſtipulationem. Vid. Wisſenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. mandat.* §. 19. imo hic accipienti ex traditione, quam mandatario ſimilior. Conf. Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 45. *error.* 2. *num.* 11. (1).

Quia mandatum morte disſolvitur.] Nec hic jus accepturo quaeſitum: merum autem mandatum morte finitur,

re

re integra. Nihil igitur mutandum (2). Merill. *Var. ex Cujac.* III. 29. et *Differ. Jur. Cap.* 22.

(1) Add. Noodt. *Obs.* II. 1. et Otton. *ad* §. 10. *Inst. de mandat.* Superestne hic vestigium veteris *adstipulatoris?* de quo Gajus, *in Inst. Veron. Lib.* III. §. 110. *seqq.*

(2) Cujacius, *Obs.* I. 38. verba: *post mortem meam*, transponit, eaque conjungit cum τῷ *solvitur.* Sed vid. praeter Merill. *locc. citt.* etiam Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 11. §. 5. Probat tamen emendationem Cujacii Pothier. *h. t. num.* 30.

TITULUS IV.

DE ACCEPTILATIONE. (1).

Legem Cinciam ei occasionem dedisse, vult Merend. *Controv. Jur.* XIII. 18. non cogitans, fieri etiam posse ex *caussa onerosa.* Habet illic quaedam non probanda.

(1) De qua Brisson. *de Solution. Lib.* II. *Oper. Minor.* *p.* 137. *seqq.* Graecos eam quoque vocare ἀποχὴν, *apocham*, notat Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 20.

L. I.

Acceptilatio est liberatio per mutuam *interrogationem*,] Carpit Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. quib. mod. toll. oblig.* §. 11. Sed vid. D. Goth. *in not.* et Vinn. *ad* §. 1. *Inst. quib. mod. toll. oblig.* (1).

Qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio.] Videtur locutus de transactione et stipulatione Aquiliana utrimque facta. Raevardus, *ad L.* 55. *de reg. jur.* accipit de *nexu*, more veteri (2). Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 29. *Thes.* 4. *Lit. a. p.* 1025. *seq.* varias habet opiniones, sed non extricat rem.

 (1)

(1) Non intelligendam hanc Modestini definitionem esse de *acceptilatione* universe, sed de ea, qua opus est correis debendi. arg. Inscriptionis Legis, docet Eckhard. *Herm. Jur* I. 5. §. 197. *seq.* ibiq. Walch., quem etiam vid. *ad Hopp. Comm. ad* §. 1. *Inst. quib. mod. toll. oblig.* et sic Ches. *Interpr. Jur.* I. 47. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 235. quem sequitur Heinecc. *in Praef. d. Tom.* II. *p.* 15. Cujacius, *Obs.* V. 56. accipit de acceptilatione, qua, praevia stipulatione Aquiliana, perimitur obligatio, ex contractu ultro citroque obligatorio oriunda.

(2) Conf. Meerman. *Diss. de Reb. mancip. et nec mancip.* §. 218.

L. III.

Nec liberare quisquam acceptilatione sine mandato *potest.*] *Sine novatione* legit Hotoman. Vid. D. Goth. *in not.* et P. Fab. *Semestr.* III. 24. Ex Glossemate esse, putat Brisson. *de Solution. Lib.* II. [*Oper. min. p.* 138.] (1). Pro Vulg. stant Basilic., quam Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 29. *Thes.* 4. *Lit. b. p.* 1028. non improbat: liberari tamen et invitus potest. *L.* 91. *tit. praec.*

(1) Expungit etiam ea Pothier. *h. t. num.* 14. Sed Watero, *in not. MSS.* explicatio Cujacii, *loc. a Goth. laud.* verisimilis videtur.

L. IV.

Acceptilatio sub conditione fieri non potest.] Obstat *L.* 24. *de neg. gest.* ubi *solutio* sic fit: et in *acceptilatione* idem hodie esse, vult Merend. *Controv. Jur.* XIII. 18. *num.* 13. quod audacius. (1).

(1) Ad seq. *L.* 6. vid. P. Fab. *Semestr.* III. 10. in pr.

L. VIII.

Et nisi in hoc quoque contra sensum *est, habet pactum.*] Vid. *L.* 5. *pr. de rescind. vend.* (1). D. Goth. *in not.* „*quoque consensum est, nec habet pactum,* Hal." *Consen-*

sensum est, non habet pactum, Rob. Steph. (2). Pergit Goth. „Ausim dicere, Lectionem Haloandri optime verbis, quae in edit. Flor. sequuntur, convenire. etc." Sed, an non multum refert, utrum regulam ponas pure, et excipias, an regulam ponas conditionalem? add. Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 23. *Thes.* 7. *Lit. b. p.* 809. (3).

Dicet aliquis, potest ergo non esse consensus.] Rob. Steph. post *consensus* ponit (?) recte. (4).

(1) Add. Ches. *Differ. Jur. Cap.* 69. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 828. *seq.*
(2) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(3) Refutat Gothofredum etiam Jauch. *de Negation. p.* 85.
(4) Sic quoque Pothier. *Tit. de pact. num.* 81.

§. 3.

Acceptum fieri non potest, nisi quod verbis etc.] Nisi in vim pacti. *L.* 5. *pr. de resc. vend.*

Neque enim potest verbis tolli, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, potest. etc." In vim pacti.

§. 4.

Et tolluntur etiam honorariae obligationes,] Vid. *L.* 11. §. 1. *h. t.*

Quia hoc jure utimur,] Contra juris regulas. Noodt. *de Pactis*, *Cap.* 8. et *Probab.* I. 2. *et* 3.

Ut Juris Gentium sit acceptilatio:] Id est, ut etiam obligationes *Juris Gentium* ea tollantur, et *naturales*, non tantum *civiles*. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 27. *Thes.* 1. *Lit. c. p.* 797. *seq.* Quatenus est *Juris Gentium*, ut jus nostrum remittere possimus, Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 4. §. 4. Alii putant, ab initio fuisse *Juris Civilis*, post transiisse in *Jus Gentium*. Zoes. *ad Tit. Pand. de just. et jur. num.* 44. D'Avezan. *de Contractib. Cap.* 6. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 17.] Sane, forma est *Juris Civilis*. (1).

Et ideo puto, et Graece posse acceptum fieri, etc.] Haec ratio, quare *Juris Gentium* esse, dici possit. Cujac. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 25. §. 9. [*not.* 21.] (2).

(1) Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 21. et Pothier. *h. t. num.* 11.
(2) Add. Walch. *Exercit.* V. *de Ling. Latina, Lingua Legitima, Sect.* 2. §. 8. *Opusc. Tom.* I. *p.* 415.

L. XI.

§. 1.

Inutiles mihi erunt adversus dominum etc.] Vid. *L.* 8. §. *ult. h. t.*

L. XIII.

Et per jusjurandum liberti etc.] Est enim *verborum obligatio.* Cujac. *ad rubr. Tit. Pand. de verb. oblig.* (1). Galvan. *de Usufr. Cap.* 15. *num.* 5.

(1) Add. Caj. *Instit.* II. 9. §. 4. ibiq. Schulting. *not.* 47.

§. 1.

Si id, quod in stipulationem etc.] De hoc et seq. §. 2. et 3. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 31.

Accepto iter vel actum fecerit,] Alternative. (1).

Si actus accepto fuerit latus:] Scil. solus.

(1) Add. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 1. §. 3. *not.* 55.

§. 2.

Qui enim accepto facit, vel totum, vel partem *ejus, quod stipulatus est,* etc.] Sive realiter, sive intellectu, modo divisionem recipiat. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 29. *Thes.* 4. *Lit. e. p.* 1029. *seq.*

Hae autem partes non sunt:] Nec separatim in obligatione fuere. Cujac. *ad L.* 27. §. 8. *de pact.* (1).

(1) Add. Ches. *Differ. Jur. Cap.* 39. in *Jurispr. Rom.* *et*

et Attic. Tom. II. *p.* 737. *seq.* et Galvan. *de Usufr. Cap.* 2. *num.* 8.

§. 3.

Cum posfit usus fine fructu conflitui,] Cujacius, *Obs.* XIII. 12. ait, a JCto fcribi debuisse, aut fcriptum fuisse: *cum posfit fructus fine usu conflitui.* (1).

(1) Sed vid. Marcilium, *ad* §. 1. *Inft. de usu et habitation.* et Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 13. *p.* 276.

§. 4.

Julianus Lib. LIV. *Digestorum fcripfit,*] Junge *L.* 11. *de adim. Legat.*

Tollisfe (1) *que totam obligationem,*] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. [in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1306.] et Bynkersh. *Obs.* I. 25. Est enim hoc quafi folutum. *L. pen.* §. 6. *folut. matrim.* ibiq. Duaren. Aliud in pacto. *L.* 27. §. 7. *de pact.* Vid. Scip. Gentil. *de Divid. et individ. obligat. Cap.* 10. [*Oper. Tom.* I. *p.* 125. *feq.*] ubi contra Cujacium disputat.

(1) Pro *fustulisfe.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 387. *not.* 23. et notata fuperius ad *L.* 19. §. 4. *de negot. gest.*

§. 6.

Decem in obligationem (1) *manebunt,*] Vid. *L.* 31. *pr. de novation.*

(1) *Obligatione,* Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 7.

Tamen acceptilatione per fidejusforem liberetur.] D. Goth. *in not.* „*Exceptione* acceptilationis fcil." Sic et alibi loquuntur. Vid. *L.* 18. *L.* 44. *in fin. h. t. L.* 98. §. 6. *L.* 38. §. 1. *tit. praec.* Sand. *de Action. cesfion. Cap.* 7. *num.* 12.

I 3 §. 9.

§. 9.

Reus non liberabitur:] Uti nec §. *praec.*

§. 10.

Tutor, curator furiosi acceptum ferre non potuit,] D. Goth. *in not.* „ *non possunt*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Vid. ad hunc §. Brisson. *de Solution. Lib.* II. *pr. Oper. minor. p.* 138.

§. 12.

Liberatio contingit in solidum.] D. Goth. *in not.* „ Imo non contingit liberatio. etc." Vid. ad *L.* 31. §. 1. *de novation.* (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 15.

L. XVI.

Non ipse solus liberatur,] D. Goth. *in not.* „ Imo, Ipse solus. *L.* 2. §. 5. *in fin. de verb. oblig.*" Illic sunt heredes ejusdem debitoris, non correi. (1).

Sed et hi qui secum *obligantur:*] Id est, *cum ipso.* (2).

(1) Add. Wisfenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 23.
(2) Sic et alibi. Vid. notata superius ad *L.* 27. *de negot. gest.* et ad *L.* 41. *ex quib. causs. major.*

§. 1.

Si judicati fidejussor sit datus, acceptus, etc.] *Et acceptus*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Rehd. Vid. Geb. *h.* Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 6. *num.* 7. ope geminationis legit: *ac acceptus.* Nulla emendatione opus. Vid. van Dorp. *Obs. Cap.* 7. *p.* 58.

L. XVII.

Julianus Lib. LIV. *Digestorum.*] Junge *L.* 34. *tit. praec.*

Qui

Qui hominem aut decem etc.] De hac Lege Merend. *Controv. Jur.* VIII. 24. Sed habet quaedam non bona.

Partem *stipulationis peremit.*] Non ita in *solutione.* Sed hic pars plane est remissa, nec refert, in quo altera solvatur: non enim in diversis praestabuntur partes. Vid. Cujac. *ad L.* 2. *de verb. oblig.*

L. XVIII.

Et uno et pluribus contractibus etc.] *Ex pluribus*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Vulg. et Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.* Hal. *et ex uno et pluribus* etc. Vid. D. Goth. *in not.*

§. 1.

Ejus rei stipulatio, quam acceptio *sequatur*, etc.] D. Goth. *in not.* „*Acceptilatio*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Et Rehd. Vid. Geb. *h.* Explicuit hunc §. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 121. *seqq.* De *stipulatione Aquiliana* vid. et Hugo, *in Dessen Civilist. Magaz. Tom.* II. *num.* 19. *p.* 422. *seqq.*

L. XIX.

Sed exceptione doli mali, vel pacti conventi se tueri potest.] Vid. *L.* 8. *pr. h. t.* et D'Avezan. *de Contractib. Cap.* 6. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 17.] (1).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 23.

§. 1.

Apocha non alias, quam si pecunia soluta sit.] Potest enim dari apocha spe futurae solutionis. Merill. *Obs.* IV. 4. (1).

(1) De voce *apocha* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 442. *not.* 1.

L. XX.

Idem Lib. LXXVII. *ad Edictum.*] Ubi egit de ſtipulatione *judicatum ſolvi.*

L. XXII.

Servus nec juſſu domini acceptum facere poteſt.] Edictum enim *quod juſſu* ad *contractus* pertinet. *L.* 10. *in fin. de fidejuſſor.* non ad *liberationes.* Cujac. *h.* in *Corp. Jur. Gloſſ.*

L. XXIII.

Paulus: imo, cum locatio conductio, etc.] Hoc non negaret Labeo (1).

Liberantur obligatione.] Vid. *L.* 5. *pr. de reſc. vend.* id enim in hoc negotio bonae fidei agitur. Cheſ. *Differ. Jur. Cap.* 86. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 867. *ſeq.*] Male id accipit in genere, Merend. *Controv. Jur.* XIII. 18. *num.* 16.

(1) Sed quod Labeo generalius ſcripſerat, Paulus, eum notans, diſtinctius proponit, ſecundum G. Forner. *Selection.* III. 5. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 87. *ſeq.* Secundum Pothier. *h. t. num. ult.* Labeo ſecutus est ſtricti juris rationem; Paulus vero praetulit paciſcentium voluntatem.

TITULUS V.

DE STIPULATIONIBUS PRAETORIIS. (1).

Quomodo a *conventionalibus* differant; Merill. *Differ. Jur. Cap.* 20. — Harum multae in alios Titulos relatae. Vid. v. gr. *L.* 21. *de oper. nov. nunc. L.* 1. *ſi cui plus quam per L. Falcid. lic.*

(1) De his quaedam Gluck. *ad Tit. qui ſatisd. cog.* §. 243. *p.* 374. *ſeqq.*

L. I.

L. I.

Praetoriarum stipulationum tres *videntur esse species*, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, quatuor. *L.* 5. *de verb. oblig.*" Est alia divisio.

§. 2.

Quae instar actionis habent,] Vid. Cujac. *ad L.* 5. *de verb. oblig.* Jan. à Costa, *ad* §. 2. *Inst. de divisiοn. stip.* De his et Fab. *Conject.* III. 1.

Et ut sit nova actio,] Al. (1) *novatio*, quod probat Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 6. Mihi Florentina magis placet (2).

(1) Ita Hal. et Rehd. Vid. Geb. *h.*
(2) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 2. et Pothier. *h. t. num.* 2. Nihil corrigendum, monet quoque van de Water, *in not. MSS.* Additur: *ut de Legatis* stipulationes. Quare in numero plurali? Vid. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. si cui plus quam per L. Falc. lic.* Verba seqq. *et ratam rem haberi*, quibusdam suspecta sunt. Vid. Pothier. *d. loc.*

§. 3.

Quae fiunt judicio sistendi caussa.] Vid. Jan. a Costa, *ad* §. *ult. Inst. de divisiοn. stip.*

§. 4.

Ut quis cautior sit, et securior, interposita stipulatione.] Vid. Paul. *in Sent.* V. 7. §. 1. (1).

(1) Ibiq. Schulting. *not.* 5.

§. 6.

Ex qua igitur (1) *operis novi nunciatione satisdare oporteat? quemadmodum satisdetur? namque* etc.] *Oporteat, et quemadmodum satisdetur, videamus*, Rob. Steph. (2).

De eo quod in publico, repromitti *oportet:*] D. Goth. *in not.* „Imo, *satisdari. L.* 15. §. 2. *de damn. infect.*" Agit de alia re.

(1) *Igitur* non est in edit. Flor.
(2) De varia hujus loci lectione vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. II.

Praeteriae stipulationes etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* (1).

(1) Et *Obs.* XXV. 29.

§. 1.

Uno vincente, vel victo, totum opus etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 15.

§. 2.

Scindi eas in personas heredum:] Sicque illae non mutantur, sed pro rata quemque tenent. Scip. Gentil. *de Divid. et individ. oblig. Cap. ult.* [*Oper. Tom.* I. *p.* 173.]

Ut uno ex heredibus stipulatoris vincente in partem ejus *committatur stipulatio:*] Eatenus enim tantum ipsius interest.

Sed si unus ex heredibus promissoris etc.] Qui caverat *judicatum solvi*, et ante litem contestatam decesserat.

In solidum eum damnandum etc.] Ad restitutionem.

In quantum autem ipse ea stipulatione, etc.] Quam defunctus interposuit.

An omnino *teneantur*,] *Omnino non*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 80. *error.* 5. Sed aliter Bachov. *ibid.* et non male. (1).

(1) Vid. et de hoc loco Langebek. *Annotation. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 652. *seq.* et Pothier. *h. t. num.* 5. — Labittus, *in Us. Indic. Cap.* 2. §. 11. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 21. seq. *Lagem*

Si quis uxori etc.] Vid. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 79. *error.* 2. et *Dec.* 82. *error.* 8.

§. 5.

Sed si filius meus, etc.] Triboniano hunc §. adscribit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 82. *error.* 6. Sed merito dissentit Bachov. *ibid.*

Cum habeat, unde satisfaciat.] Olim et haec ratio obstabat, et illa, quae est in *L.* 16. *h. t.* haec eo in casu cessat (1). Tricatur Bachov. ad Treutler. *Vol.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 3. *Lit. d. p.* 1089.

(1) Efficit tamen, ut non *directa*, sed *utilis actio furti* locum habeat. An idem juris sit in casu sequentis §. ubi pater furatus est rem ad peculium filiifamilias castrense pertinentem, quaeritur? *Directam* hoc casu furti actionem filiofam. dari, censet Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 82. *error.* 7. et 8. Dissentit Bachov. *ibid.*

§. 6.

Sed etiam furti tenebitur.]. Interdum enim hoc non sequitur. *L.* 16. *L.* 17. *h. t.*

 §. 8.

§. 8.

Si sulpuariae *sunt in agro*, etc.] D. Goth. *in not.* „*sulphurariae*, Hal. Vulg." Etiam Rob. Steph. (1).

Et inde aliquis terram *egesfisset*,] Θειάφου, Basil. *Tom.* VII. *p.* 297.

Deinde colonus conducti actione etc.] Vid. *L.* 14. §. 2. *h. t.*

(1) Et Ant. Fab. *in Rational. ad L.* 60. §. 5. *loc. cond.*

§. 11.

Non enim mihi negotium, sed sibi siliginarius gessit (1).] An igitur mihi iterum debebit solvere? Adfirmat Accursius, sed Ro. putabat, satisfacere siliginarium actionem cedendo. Conf. *L.* 18. *de solution.*

(1) *Siliginarium gessisse*, Hal. Vulg. Vid. Brencm. *h.* De eo Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 397. *not.* 3. Pro *suppetet*, in praec. verbis, Hal. habet: *sic petet.* *Suppetit*, id est, *suppetiit*, Bynkersh. *Quaest. Jur. Priv.* II. 11. quem vid. de hoc §. et quem non male sustulisse difficultatem, quae huic §. inest, ait van de Water, *in not. MSS.* secundum quem alioquin species ita fingi possit, ut siliginarius emerit a Titio siliginem, interque eos actum fuerit, ut, qui siliginarii nomine peteret, Titius siliginem daret, atque ita siliginarii negotium gestum fuerit, non Titii. Vid. et Pothier. *h. t. num.* 61. et Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. origin. p.* 232.

§. 12.

Si fugitivum meum etc.] Κεκρατημένον παρὰ τῷ ἄρχοντι etc. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 298. ut verbum *captum*, vel *detentum*, vel simile videatur abesse. (1).

Dimitteret,] D. Goth. *in not.* „*Dimittere, acceperit*, Vulg." Etiam Rob. Steph. *Dimittendi, acceperit*, Hal. (2).

Si fidejussores dedit,] Magistratibus.

In

In eos domino actionem dandam,] *Duumviris* legit Leonin. *Emend.* II. 14. *num.* 14. Imo, domino servi in eos, qui potestatem habent.

Ut hi actiones *suas mihi mandent.*] *Condictionem*, vel *ex stipulatu.* Male Goth. *in not.*

(1) Van de Water, *in not. MSS. a Duumviro* interpretatur: *permissu, voluntate Duumviri*, citans Perizon. *ad Sanct. Minerv.* III. 3. *et* 4.

(2) Probante Leonin. *loc. laud.* Sed van Vryhoff. *Obs. Cap.* 3. *p.* 12. retinet: *dimitteret*, et exponit *dimitti curaret.*

§. 13.

Si ideo fecit, ut alius tolleret, etc.] Facit huc *L.* 53. *pr. h. t.* (1).

(1) *Vinacea*, quorum mentio fit in seq. §. 14., sunt grana uvarum in doliis condita, Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. add. Pithoei, *Excerpt.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 358.

§. 15.

Namque hic nihil amplius, quam idoneum se debitorem etc.] Facit huc *L.* 43. §. 3. *h. t.*

§. 19.

Neque verbo, etc.] Vid. *L.* 75. *h. t.* (1).

Quare et opem ferre, vel consilium dare tunc nocet, etc.] Facit huc *L.* 15. §. 10. *de injur.*

(1) De eo, qui *verbo*, aut *scriptura* inficiatur depositum, pignus, etc. intelligit Averan. *Interpr. Jur.* I. 28. *num.* 9.

§. 20.

Τῆς γονῆς *duntaxat* χάριν,] Vid. Cujac. *Obs.* XIII. 6. et XXVII. 26. (1).

Si minus, in factum *agendum.*] Non quia ea est proxima actioni furti, ut vult Perrenon. *Animadv.* II. 27. [in

Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 659.] Sed quia non est, nisi damnum (2).

(1) Add. Forner. *Rer. quotid.* III. 21. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 217. Ad sequentia verba: *quod et Herennio Modestino* etc. vid. Joh. van Nispen. *Diss. ad Libb. Modestin. Differ. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 6. et Schulting. *ad Vit. Ulpian. a Bertrand. conscr.* in *Jurispr. antej. p.* 546. *not. d.*

(2) Sed, quum *damni* mentionem JCtus non faciat, cogitandum potius videtur de illa *actione in factum*, quae memoratur *L.* 23. §. 5. *de reivind.*

§. 21.

Subjecisti *mihi alium Titium* etc.] Contrarium *L.* 43. §. 3. *h. t.*

§. 22.

Non *ex voluntate venditoris* etc.] *Non enim*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 23.

Et ego puto, furti agendum.] Ut contrectato instrumento.

§. 24.

De dolo actionem dandam.] Non est hic aliquid corruptum, ut in L. 27. *in fin. h. t.* et alibi.

§. 27.

Deinde rem furtivam contrectet,] D. Goth. *in not.* „*Non contrectet*, Vulg." Male. (1).

Rei tamen persecutio domino servatur.] *Actione in rem* movenda (2). D. Goth. *in not.* „Imo, non servatur. *L.* 13. §. 2. *de jurejur.*" Non agit, nisi de persecutione ex caussa furti, non ex caussa dominii.

(1) Add. Jauch. *de Negation. p.* 41.

(2)

(2) Add. Pothier. *h. t. num.* 81.

§. 29.

Si statuliber subreptus sit, etc.]. Vid. *L.* 80. §. 1. *h. t.*

§. 30.

Actione de bonis raptis in quadruplum convenietur, furti non manifesti, etc.] *Non furti manifesti*, Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 4. *Lit. c. p.* 1111. et sic Basilic. (1).

(1) Nic. a Salis: *non convenietur, sed furti nec manifesti.* Male. Vid. Jauch. *de Negation. p.* 229. Muretus, *ad pr. Inst. de vi bon. raptor.* verba: *actione de bonis raptis in quadruplum*, delet. Nihil mutant van de Water, *Obs.* I. 5. *p.* 54. et Waechtler. *Opusc. p.* 565. *seq.* Ceterum, loco §i vulgo hic inchoatur nova Lex. Vid. Brencm. *h.* quod et Basilic. Conditoribus placuisse, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 4.

L. LIII.

Qui injuriae caussa januam effregit, etc. *non tenetur furti:*] D. Goth. *in not.* „Imo, tenetur. etc. *L.* 50. §. 1. *h. t.*" Sed vid. *ibid.*

Nam maleficia voluntas etc.] Vid. *L.* 39. *h. t.* Facit huc Cicer. *in Verr.* III. 92.

§. 1.

Et solvendo sit is, etc.] Vid. *L.* 12. *h. t.*

Evanescere furti actionem.] Facit huc *L.* 80. §. 5. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* et Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 10. §. 2. *not.* 20.

L. LIV.

Si pignore creditor utatur, furti tenetur.] D. Goth. *in*

 not.

not. „Imo, non tenetur. *L.* 11. §. 1. *L.* 23. *de pign. et hyp.*" Agunt de *antichresi.*

§. 1.

Et si quis usum alienae rei in suum lucrum convertat:] *Non convertat*, quidam. Male. Vid. Forner. *Rer. Quotid.* I. 23. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 151.] (1).

Unde et is furti tenetur, qui ideo rem amovet, ut eam alii donet.] Bockelman. *de Actionib.* *p.* 105. *seq.* parum bene.

(1) Pro *eum, qui quid* etc., in *pr.* §., Hal. habet: *eum, qui quod* etc. quod mavult Rucker. *in not. MSS.* Vulg. praefigit: *si* ante *ipse alii* etc. Vid. Brencm. *h.* — Ad seq. §. 4. vid. Jan. a Costa, *ad* §. 11. *Inst. de oblig. quae ex del.*

§. 5.

Si tutor, etc. *transegit cum fure, evanescit furti actio.*] D. Goth. *in not.* „Imo, non evanescit: nec enim permittitur tutori transigere. *L.* 46. *in fin. de adm. et per. tut.* *L.* 7. §. 3. *pro emtor.*" Donandi animo: de quo *dd. ll.*

L. LV.

Cum creditor rem sibi pigneratam aufert, non videtur contrectare, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, videtur: *L.* 5. *Cod. vi bon. rapt.*". Invito illic res extortae.

L. LVI.

§. 1.

Qui furem deducit etc.] Puniendum. Male Schneidew. *ad* §. *actio. Inst. de action. num.* 15.

Ad Praefectum vigilibus,] *Urbi* mallet Bynkersh. *Obs.* II. 8. non tamen pertendit.

Qua rem *persequeretur:*] *Reum*, Bynkersh. *d. loc.* sed dubitans. (1).

Et

Et damnato fure recepta est pecunia sublata, in simplum *videtur furti quaestio sublata:*] Malim: *sublata in simplum, videtur* etc. (2) quod et notat Bynkersh. *d. loc.*

(1) *Rem* hic significare delicti caussam, sive delictum, monet Voorda, *in not. MSS.*
(2) Sic etiam edidit Pothier. *Tit. de oblig. et action. num.* 73. Vid. tamen Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* I. *p.* 150. *seqq.* et van Dorp, *Obs. Cap.* 4. *p.* 29. *seq.* — Sequitur, in §. 5. *nulla exceptio dari debebit.* Cujacius, *Obs.* XXIV. 18. intelligit *exceptionem furti una facti.* Sed Merillius, *Obs.* VII. 24. *in fin.* eam exceptionem commentitiam esse ratus, verba haec ita interpretatur: id est, neque *exceptio rei judicatae*, neque *doli mali*, quae cum ea concurrit.

L. LVIII.

Si filiofamilias furtum factum esset, etc.] Vid. et *L.* 18. §. 1. *de judic.* add. *Cujac. ad Libb. Julian. ad Ursej. Feroc. in expl. h. l.* [et *Obs.* XXVI. 5.]

Sed et si res ei locata etc.] Facit huc *L.* 14. §. 10. *h. t.*

L. LIX.

Si is, qui rem commodasset, eam rem clam abstulisset, etc.] Vid. *L.* 15. *in fin. h. t.*

L. LX.

Ancilla fugitiva, quemadmodum sui furtum facere intelligitur,] Notabile Epigramma *in Antholog.* II. 46. ῥήτορα etc.

Ita partum quoque contrectando, etc.] Non statim. Branchu, *Obs. Cap.* 19. *p.* 196. (1).

(1) De hac Lege Adr. Pulv. *ad L. Atin. Cap.* 12. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 338. et van der Keessel, *Diss. de usuc. part. et foet. rei furtiv. Cap.* 2. §. 11. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 213.

L. LXI.

Idem Lib. VIII. *Quaestionum.*] Junge *L.* 21. *commodat. L.* 51. *de pign. act.*

§. 5.

Nihilo minus tamen damnum decidere (1) *cogetur:*] Obstat *L.* 26. §. 7. *mandat.* (2). Conciliatio est in seqq.

(1) Τὴν ζημίαν ἀποθεραπεύσει μοι, Basil. *Tom.* VII. *p.* 505.
(2) Ad quam vid. notata.

§. 6.

Quin etiam paulo remissius circa interpretationem doli mali *debere nos versari:*] Ut non comprehendamus eo *latam culpam* (1).

(1) Praecedit: *si dolo quid fecerit. Si non dolo*, Ant. Fab. *Conj.* III. 5. et Pothier. *Tit. mandat. num.* 60. *Ni*, aut *nisi dolo*, Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 9. *p.* 55. *Ni dolo*, Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 5. *p.* 236. Florentinam tueri et explicare Cujacium, *Tract.* VIII. *ad African. in expl. h. l.* non autem feliciter, et necessariam videri emendationem, eamque modestissimam fore, si pro *si* legamus: *ni*, observat quoque Voorda, *in not. MSS.*

§. 8.

Locavi tibi fundum, et, ut adsolet, convenit, uti fructus etc.] Vid. Vinn. *de Pactis, Cap.* 12. §. 1.

Si eos clam deportaveris, etc.] Post perceptionem enim locatori obligati fuere. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 61. *error.* 7.

Furti tecum agere *posse*,] D. Goth. *in not.* „*agere me posse.*" Sic Rob. Steph. (1).

Etenim fructus, quamdiu solo *cohaereant*, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* (2). Bynkersh. *Obs.* IV. 20. putat, scriptum fuisse *so. lo.*, id est, *suo loco*, vel *suo lo.*

(1)

(1) *Me* inserit quoque Hal. Non tamen opus, quum saepius subintelligendum sit. Vid. notata superius ad *L.* 98. *de verb. obligation.*
(2) Add. Brencm. *h.*

L. LXIII.

Non poterit Praeses Provinciae efficere, etc.] Facit huc *L.* 40. *de injur.* quae cum hac jungenda, et *L.* 10. §. 2. *de poen.* (1).

(1) Vid. Noodt. *ad Tit. Pand. de his qui not. infam.* Vs. *Ut igitur quis* etc. et Pothier. *ad eund. Tit. num.* 13. add. Jac. Lectium, *ad Aemil. Macr. de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 94. *seq.* Pro *damnatum* Flor. male legitur: *mandatum.* Vid. Brencm. *h.*

L. LXIV.

A Titio herede homo Sejo legatus, etc.] *Sinendi modo.* Ulpian. *Fragm. Tit.* 24. §. 10. Sed non dicit *heredis*, sed *ab herede.*

Quia ea, quae legantur, recta via (1) etc.] Vid. *L.* 1. §. 5. *si is qui test. lib. esse juss. er.*

(1) De Legato *vindicationis* accipit Fab. *Conj.* XX. 12.

L. LXV.

Ulpianus Lib. I. *ad Edictum Aedilium Curulium.*] In interpretatione verborum: *furem non esse.* Merend. *Controv. Jur.* XIII. 37.

Nemo enim tali peccato (1) *poenitentia sua nocens esse desiit.*] Add. *L.* 43. §. 4. *de rit. nupt.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 5. *num.* 4. Interdum tamen mitiores sunt Leges. Vid. *L.* 38. §. 5. *ad L. Jul. de adult. L. unic. Cod. ne tut. vel cur. vectig. cond. L.* 1. *Cod. de crim. stellion. Auth. novo. Cod. de poen. judic. qui male judic. L.* 1. *Cod. de desertor. et occultator. eor.* Matth. *loc. modo laud.* XLVII. 13. *Cap.* 2. *num.* 3.

(1)

(1) Eadem verba *L.* 17. §. 1. *de Aedil. Edict.* ad quam vid. notata.

L. LXVI.

Si is qui rem pignori dedit, vendiderit eam, quamvis dominus sit, furtum *facit*, etc.] Obſtat *L.* 3. §. 1. *ſtellionat.* ubi vide.

§. 2.

Si interea mulae periſſent,] Furto (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 68. et Averan. *Interpr. Jur.* I. 28. *num.* 26.

§. 4.

Furtum facies:] Vid. *L.* 52. §. 21. *h. t.* (1).

(1) Sequitur: *ſed dabitur actio in factum*, etc. Id est, *actio in factum Praetoria*, ad exemplum Legis Aquiliae. *Utilem furti actionem in ſimplum* intelligit Cujac. *Obs.* XIII. 6. Sed dubito, an ea jure recepta ſit.

§. 5.

Si tamen per te factum non ſit, quo minus mihi daretur,] Haec refer ad praecedentia per modum parentheſeos.

Non tamen furti actionem me habere.] Facit huc *L.* 49. *h. t.* Vid. ad *L.* 10. *h. t.*

L. LXVII.

Inficiando depoſitum nemo facit furtum:] Facit huc *L.* 55. *mandat.* (1).

Licet prope furtum est (2).] Seneca, *de Ira*, II. 9. jungit *furta*, *fraudes*, *inficiationes*.

Nec refert in digito habeat annulum, etc.] Modo penes ſe habeat. Averan. *Interpr. Jur.* I. 28. *num.* 12. (3). Ubi de hac Lege (4).

(1) Add. Matth. *de Criminib.* XLVII. 1. *Cap.* 1. §. 4. *ſeq.*

seq. et Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 10. §. 3. *not.* 26.
(2) Hal. *fit.* Sed vid. notata superius ad *L.* 31. *de Legib.*
(3) Non tamen Averanium verba haec bene intellexisse, putat von Savigny, *das Recht des Besitzes*, *p.* 385. *in not.*
(4) De qua vid. et Chesium, *Interpr. Jur.* I. 36. *num.* 22. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 187. *seq.*

§. 1.

Furti actione hoc quoque coaestimabitur.] Facit huc *L.* 52. §. 28. *h. t.*

§. 4.

Eo nomine actionem cum domino furem habiturum placet,] Contra rigorem juris. *L.* 12. §. 1. *h. t.*

Ne facinora talium servorum non solum ipsis impunitatem praestent (1),] Facit huc *L.* 51. §. 1. *ad L. Aquil.*

(1) *Praestent* a Flor. abest, sed addunt Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Sequitur: *sed dominis quoque eorum quaestui erunt.* Van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 4. *p.* 263. omittit: *praestent*, sed pro *quaestui erunt* legit: *quaestum ferant.* Vid. et ad hunc §. Amaya, *Obs. Jur. Civ.* II. 9. *num.* 20. — Ad seq. *L.* 69. vid. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 428. *seqq.*

L. LXXI.

Agi cum eo et furti et commodati potest,] Facit huc *L.* 3. *Cod. deposit.*

Et si furti actum est, commodati actio exstinguitur:] Ut *bonae fidei.* Ego accipio hoc de *vera actione furti*, ut cesset, cum quis aliquem tanquam commodatarium convenit. Alii accipiunt de *condictione furtiva*, uti Wissenbach. *in Disp. ad Instit. Disp.* 48. *Thes.* 13. (1). Sed vid. et Ant. Fab. *in Ration. ad L.* 7. §. 1. *commod.* Obstat tamen meae sententiae *L.* 45. *et seqq. pro socio.* Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 363. distinguunt inter *actionem commodati*, et *pro socio.*

Si

Si commodati, actioni furti *exceptio objicitur.*] Ut *stricti juris*.

(1) Etiam Labitt. *in Usu Indic. Cap.* 4. §. 1. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 72. Herm. van Vianen, *de Concursu actionum*, *Cap.* 3. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 301. Pothier. *h. t. num.* 43. Gluck. *ad Tit. de edend.* §. 284. *p.* 12. *not.* 5. qui etiam alios laudat, Rucker. quoque *in not. MSS.* forte in hac Lege intelligendam *condictionem furtivam*, ait: eamque etiam intelligit. Voorda, *in not. MSS.*

§. 1.

Quamvis usucapere quis possit.] Vid. *L.* 3. *pro herede.* *Non ejus, qui lucrum facturus esset.*] Vid. *L.* 76. §. 1. *h. t.* D. Goth. *in not.* „Imo, et ejus: etc. *L.* 15. *ratam rem hab.*" Id hinc alienum.

L. LXXII.

Sempronia libellos *composuit*, etc.] Accusandi forte, vel deferendi gratia. D. Goth. *in not.* „An divortii? an debitum aliquod continentes?" Neutrum videtur huc pertinere. (1).

(1) Sequitur: *ut ad* officium *transmitterentur*. *Officium* hic dici pro toto comitatu Judicis, notat Bynkersh. *Obs.* III. 14. Pothier. *h. t. num.* 18. intelligit: milites Actuarios, qui legionis rationes describunt, et quibuscum mulier rem habuerat. Sequitur: *Quaero si non sunt inventi in officio*, etc. Flor. correctum: *cum non sint* etc. et ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Sed J. B. Koehler. *Interp. et Emend.* II. 9. *p.* 72. locum hunc mutilum esse putat, eumque ex Graecis restituit.

L. LXXIII.

Si is qui pignori *rem accepit*, etc.] Aliud in *fiduciae* olim usitatum fuisse, putat Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de commissor. rescind.*, per Paul. *in Sent.* II. 13. §. 5. quod examinandum. (1).

(1)

(1) *De progressu juris circa distrahendi pignoris conventionalis facultatem* egit Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 15.

L. LXXIV.

Idem Lib. IV. *Epistolarum.*] Junge *L.* 115. *de verb. sign.* (1).

Nec nos movere debet, quod duobus poena furti praestabitur:] Facit huc *L.* 46. §. 1. et *L.* 82. §. 1. *h. t.*

(1) Add. Merill. *Obs.* V. 27. — Ad seq. *L.* 75. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 379. *seq.*

L. LXXVI.

Idem Lib. XXXVIII. *ad Q. Mucium.*] Junge *L.* 16. *de condict. furtiv.* (1).

(1) Nic. Catharinus, *Obs. et Conj.* IV. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 791. verba: *aliter atque accepit*, transponit, legens: *Qui re sibi commodata, aliter atque accepit, vel apud se deposita* etc. Sed vid. Majans. *loc. modo laud. p.* 472. *seq.* ubi hanc Legem exposuit.

§. 1.

Non magis enim tunc ejus esse, intelligitur,] D. Goth. *in not.* „*Interesse.*" Sic Rob. Steph. (1).

Qui *lucrum facturus sit:*] Vid. *L.* 71. §. 1. *h. t.* *Quam qui*, Rob. Steph. (2).

(1) Etiam Vulg. et Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.* De hoc §. Balduin. *in Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 553. *seqq.*

(2) Etiam Vulg. et Rehd.

L. LXXVII.

Qui sacculum habentem pecuniam subripit, etc.] Vid. Senec. *Epist.* 87. (1).

(1) Citavit quoque hunc locum Senecae Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 1. §. 6. *not.* 78. *p.* 86. quem vide. — Ad seq. *L.* 78. vid. Merill. *Obs.* VIII. 11. et ad seq. *L.* 79.

L. 79. vid. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 5. §. 6. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 87. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 5. pro *quod actionem furti*, ope geminationis, legit: *quod ad actionem* etc. Sed Flor. legi: *actione*, neque adeo emendatione opus esse, recte notat Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. serv. amitt. Cap.* 2. *Sect.* 3. *not. b.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 304.

L. LXXX.

§. 1.

Idque et in statuliberis, etc.]. Vid. *L.* 52. §. 29. *h. t.* (1).

(1) Ad verba praec. *si nihil amplius intersit*, notavit Voorda: „Alias legitur: *etsi*, vel *etiamsi nihil.* Charond. *h.* et sane sic sumendum hic τὸ *si*: sensus enim est, etiamsi tum, quum agit, non amplius ejus interfit, etiamsi desierit ejus interesse, uti exempla statuliberi, et rei sub conditione legatae, mox subjecta indicant. Male Graeci in Basil. haec verterunt: *etiamsi nihil aliud ejus intersit.*"

§. 2.

Et unus ex familia servus subreptus,] *Sit*, addit Rob. Steph. (1).

Ejus interest:] *Ejus enim*, Rob. Steph. (2). Facit huc *L.* 47. §. 5. *de Legat.* 1°.

(1) Etiam Rehd. Vid. Geb. *h.* Vulg. *est.* Hal. *esset*. Vid. Brencm. *h.*

(2) Etiam Hal. et Rehd. Vid. Geb. *h.*

§. 3.

Manifestus fur existimandus est.] Cum deprehenditur: non semper. *L.* 52. §. *ult. L.* 88. *h. t.* (1).

(1) Add. van de Water, *Obs.* I. 5. *p.* 35. et Waechtler. *Opusc. p.* 566.

§. 4.

§. 4.

Furti quidem non tenebitur, sed vi bonorum raptorum.] Vid. *L.* 2. §. 12. *vi bon. rapt.* Non *furti*, quia nihil contrectavit, sed propria actione, quod ope quasi ejus furtum factum sit. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.* (1). Ipse raptor et *furti* tenebitur. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 4. *Lit. c. p.* 1111.

(1) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 31. §. 10. *not.* 37.

§. 5.

Adversus falsum procuratorem furtiva durabit:] Vid. §. *ult. h. l.*

§. 6.

Debitorem alienum circumvenerit.] *Convenerit*, Graecì *ad L.* 18. *de condict. furtiv.* Male. Vid. Cujac. *loc. modo laud.*

§. 7.

Furtivam autem, qui pecuniam dedit:] Vid. §. 5. *h. l.*

L. LXXXI.

Ob pecuniam Civitati subtractam, actione furti, etc.] Vid. *L.* 31. *in fin. h. t.*

Non crimine peculatus tenetur.] Ita ex jure: aliter Constitutiones definivere. *L.* 4. *in fin. de L. Jul. pecul.* (1). *Nec non crimine peculatus*, legit Alciatus, *Dispunct.* I. 3. Male. Bynkersh. *Obs.* IV. 3. verba haec ita trajicit: *ob pecuniam Civitati subtractam crimine peculatus, non actione furti tenetur*, et *non* accipit pro *non tantum.* Neutrum rectum, licet probet Otto, *in Papinian. Cap.* 10. §. 4. *p.* 266. *seq.*

(1) Ita etiam Leges illas conciliant Cujac. *ad Libb. Papin. Respons. in expl. h. l.* Duaren. *Disp. anniv.* II. 26. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 10. *Cap.* 1. *num.* 5. aliique; sed quod improbant Bynkersh. et Otto, *locc. citt.*

citt. etiam Pothier. *Tit. de L. Jul. peculat. num.* 4. qui Alciatum, vel Bynkershoekium, ſequendum cenſet. Ceterum, praeter eos, qui a Bynkershoekio et Ottone laudantur, etiam de his Legibus egerunt Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 32. *Theſ.* 9. *Lit. e. p.* 1299. *ſeq.* Leonin. *Emend.* VII. 10. Amaya, *Obs. Jur. Civ.* III. 7. *num.* 20. *ſeqq.* Lyclam. *Membran.* III. 6. Bilderdyk. *Obs. et Emend.* I. 11.

L. LXXXII.

Fullo et ſarcinator etc.] Exſtat haec Lex in Paul. *Sent.* II. 31. §. 29. *ſeqq.* (1).

(1) Ubi vid. Interpp.

§. 2.

Qui ancillam non meretricem *libidinis cauſſa ſubripuit*, etc.] Aliud, ſi *meretricem. L.* 39. *h. t.* (1). Non tamen tales πλεονεκτεῖν, putat Salmaſ. *de Foenor. Trapezetic. p.* 122. Sed vid. *L.* 25. *de injur.* et Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 1. §. 4.

(1) Ad quam vide notata.

L. LXXXIII.

§. 1.

Non dandam exceptionem furti una facti.] Facit huc *L.* 7. §. 5. *de injur.* quam Cujac. *ad Libb. Nerat. Resp. in expl. h. l.* et *Obs.* XXVI. 18. adducit: qui magis placet, quam Merill. *Obs.* VII. 24. qui *exceptionem rei judicatae* intelligit, et citat *L.* 56. *in fin. h. t.*

L. LXXXIV.

Non interpellari jam uſucapionis jus,] Caſum in re *mancipi* ponit Merill. *Obs.* VIII. 38. (1).

(1) Etiam Pothier. *Tit. de uſurp. et uſuc. num.* 22. add. notata ſuperius ad *L.* 32. *pr. de uſurp. et uſuc.*

L. LXXXV.

L. LXXXV.

Is, cujus interest non subripi, etc.] Vid. Merill. *Differ. Jur. Cap.* 23. (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 31. §. 4. *not.* 18. Sequitur: *vel ex testamento*. Scil. per legatum *damnationis*, non *vindicationis*. Merill. *Var. ex Cujac.* I. 14. in fin.

L. LXXXVI.

Non videtur in potestatem domini reversa,] D. Goth. *in not.* „Quia abest ei pretium. etc." Inepte. Vid. potius *L.* 4. §. 12. *et* 18. *de usurp. et usuc.*

L. LXXXVII.

Sed ubi debitor ipse subtraxisset pignus, etc.] An liberari hic poterit offerendo debitum? Vid. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 1. *Lit. d. p.* 1060.

L. LXXXVIII.

Si quis egerit vi bonorum raptorum, etc.] Raptu non manifesto.

L. LXXXIX.

Furti actio non nascitur.] Criminaliter tamen ob gravia horum furta agi potest. arg. *L.* 11. §. 1. *de poen.*

L. XCI.

Si quis, cum sciret quid sibi subripi, non prohibuit, etc.] Generaliter loquitur. (1).

(1) Facit huc *L.* 109. *de reg. jur.* ibiq. Jac. Gothofred. Restringit tamen Paulus doctrinam Labeonis in seqq. verbis: ubi pro *si qui scit* Rucker. *in not. MSS.* ope geminationis, legit: *si quis scit.*

L. XCII.

Meminisse oportebit, nunc *furti plerumque criminaliter agi*, etc.] Non olim, juxta Cujac. *in Paratitl. ad Tit.*

Cod. de crim. expil. hered. Saepe id flagitat inopia furum. add. Joseph. *Antiq.* XVI. 1. Freher. *Parerg.* II. 12. *in fin.* [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 921.] De re modica id vix eum effectu fiet. Facit huc *L.* 56. §. 1. *vs. sed etsi. h. t.* add. Huber. *in Prael. ad Tit. Inst. de oblig. quae ex del. nasc.* §. 8. (1). Poena *verberatio.* Bardesanes apud Euseb. *Praep. Euangel.* VI. 10. *p.* 276. (2).

Non ideo tamen minus, si qui velit, poterit civiliter agere.] Non vero utroque modo. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 3. *Lit. b. c. p.* 1081. *seqq.* (3).

(1) Dissentit Matth. *de Criminib.* XLVII. 1. *Cap.* 2. §. 4.
(2) Add. Car. Ann. Fabrot. *contra Salmasium*, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1279. Ex Constitutione Justiniani in *Nov.* 134. *Cap. ult.* utriusque furti poena *arbitraria* est. Bynkersh. *Obs.* III. 16. *in fin.* Matth. *loc. modo laud. Cap.* 2. §. 2. add. Rittershus. *ad Novell. Part.* XIII. *Cap.* 3.
(3) Add. Matth. *d. loc. Cap.* 4. §. 3.

TITULUS III.

DE TIGNO JUNCTO.

L. I.

Lex XII. *Tab. neque solvere permittit tignum furtivum,* etc.] Vid. Raevard. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 22. et Cujac. *Obs.* XXIII. 19. (1).

Neque vindicare.] Vid. *L.* 98. *in fin. de solution.*

(1) Praeter Jac. Gothofredum, aliosque Commentatores *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* VI., veluti Pothier., Bouchaud. cet., vid. et Majans. *Disp.* XLVIII. quae est *de tigno juncto*, et Bernhard. Joh. van Harscamp. *Disp. de tigno juncto*, in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 427. Etiam adv. bonae fi-

fidei possessorem *actionem de tigno juncto* dari *in duplum*, docet quoque Hier. Elen. *Exercitation.* II. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1427. *seq.* add. Vinn. *ad* §. 29. *Inst. de rer. divis. num.* 2. Dissentit Noodt. *ad Tit. Pand. de reivindic.* Vs. *Sic in statua*, etc. — Ad seq. §. 1. vid. et Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 384. *seq.* et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1381. — Pro *vinxitve*, in seq. §. 2., cum aliis legendum: *junxitve*, quamvis Graeci etiam videantur *vinxitve* legisse, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 5.

L. II.

Dubitari poterit, an extrinsecus (1) *sit reivindicatio? Et esse non dubito.*] Contra *malae fidei possessorem* (2), et tunc *tigni juncti actio* est *mere poenalis*. Bachov. *de Action.* V. 17.

(1) Wesenbecius legit: *an extincta sit* etc. Male. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 20. Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* I. 39. *Oper. Tom.* IV. *p.* 154. Pothier. *h. t. num.* 1.

(2) Add. Vinn. *ad* §. 29. *Inst. de rer. divis. in not.*

TITULUS IV.

SI IS QUI TESTAMENTO LIBER ESSE JUSSUS ERIT, POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HEREDITATEM SUBRIPUISSE, AUT CORRUPISSE QUID DICETUR.

L. I.

§. 1.

Quia hereditati furtum *fecit:*] Improprie. Vid. §. 15. *h. l.* (1).

(1) Ad praec. verba: *naturalem potius in se, quam civilem*

lem habet aequitatem, vid. Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de just. et jur. num.* 12. et Bynkersh. *Obs.* V. 16.

§. 2.

Quod damnum qualiter qualiter (1) *dederit.*] D. Goth. *in not.* „*Qualitercunque*, Vulg." Et Rob. Steph.

(1) Locutio Ulpiano familiaris. Vid. notata superius ad *L. 7. pr. de minor.*

§. 3.

Sed ut servus potest coërceri,] Ab herede, ut domino. (1).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de stat. homin.* §. 6. et Pothier. *h. t. num.* 3. Aliter Constantin. *Subtil. Enod.* II. 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 548.

§. 4.

Sed ubi libertas competit continuo, etc.] Sic ut non possit coërceri ab herede. Distinctio ponenda est post *continuo*, non post *competit*. (1).

Dicendum est, *posse*, etc.] Facit huc §. 9. *h. l.*

(1) Add. Cujac. *Obs.* VI. 1.

§. 5.

Si servus pure legatus, etc.] Testamento post tempus manumissus.

Quia dominium in eo mutatur,] Vid. *L.* 64. *de furtis.*

§. 6.

Post intervallum modicum] Vid. *L. ult. h. t.* (1).

(1) Sequitur in §. 7. *Divus sane* Marcus *rescripsit* etc. Vid. notata superius ad *L.* 50. *de cond. et demonstr.*

§. 9.

Locum non esse huic actioni:] Ratio §. 4. 5. *h. l.*

Sin vero post mortem, etc.] Vid. §. 12. *h. l.*

§. 12.

§. 12.

Antequam impuberis hereditas adeatur,] D. Goth. *in not.* „*a substituto adeatur*, Vulg." Etiam Rob. Steph.

§. 15.

Denique, si nullus sit possessor, furtum (1) *negat fieri:* etc.] An igitur in casu *L.* 43. §. 4. *et* 11. *de furt.* res videtur possideri, donec occupetur?

Sed nec heredis est possessio, etc.] Vid. *L.* 25. *pr. de adq. vel am. poss.*

(1) An furtum fieri possit in re, quae a nemine possidetur, inter Interpp. quaeritur. Negat Cujacius, *ad Libb. Papin. Quaestion. in expl. L.* 5. *rer. amotar.* et Amaya, *Obs. Jur.* II. 7. *num.* 11. *seqq.* Sed contrariam sententiam tuetur de Retes, *Opusc.* VII. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 330. *seqq.* qui *ibid. p.* 334. *seq.* hunc §. exposuit: de quo vid. et Finestr. *de Adq. vel omitt. hered. Part.* I. *Cap.* 2. §. 17. *seqq.* et Majans. *ad* 30. *Vett. JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 149. *seq.* qui hunc §. refert *ad P. Mucium Scaevolam:* in quo tamen eum falli, docet Arntzen. *in Notis ad D'Arnaud. Vit. Scaevol. p.* 67.

§. 19.

Et cum ex delicto conveniantur, etc.] Facit huc *L.* 11. §. 2. *ad L. Aquil.*

L. II.

Si paulo ante etc.] Hereditate jam adita.

L. III.

Ulpianus Lib. XIII. *ad Edictum.*] An, agens *de temporibus in integrum restitutionum?*

TITULUS V.

FURTI ADVERSUS NAUTAS, CAUPONES, STABULARIOS.

Id est, *de actione furti adv. nautas*, etc.

L. I.

Si quid a quoquo (1) *eorum*, etc.] Scil. exercitorum, Glosſ. et recte. Vid. ad *L.* 1. *pr. de his qui effud. vel dejec.* Al. *eorum*, *quos quasve*, et ſic Rob. Steph. (2). Male. Nihil mutandum. (3).

(1) *Quoquam*, Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Etiam Hal. et Rehd. Vid. Geb. *h.*
(3) Vid. Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 13. §. 10. et *in Enarr. Tit. Pand. Naut. Caupon. Stabular.* §. 5.

§. 4.

Furti actionem non dominus etc.] D. Goth. *in not.* „Id est, non dominus tantum, etc." Male. Debet caſus poni, ut domini non interſit.

Sed ipſe habet, etc.] Modo ſolvendo ſit. (1).

(1) In ſeq. §. 5. ſervum vocari *malum domeſticum*, notat Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1370. — Sequitur in §. 6. *Namque viatorem ſibi eligere Caupo*, etc. Non obſtat *L.* 1. §. 1. *naut. caup. ſtab.* ad quam vid. notata. add. Wisſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 22. et Pothier. *h. t. num.* 3.

TITULUS VI.

SI FAMILIA FURTUM FECISSE DICETUR.

L. I.

Adverſus maleficia ſervorum:] Vid. ad *rubr. tit. de furtis.*

§. 2.

§. 2.

Si plures servi damnum culpa dederint, aequissimum est, etc.] Vid. *L.* 32. *pr. ad L. Aquil.* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 9. *de jurisdiction.* — In Inscriptione seq. *L.* 2. pro *Lib.* XXIII. legendum: *Libb.* XXII. notat Cujac. *ad Libb. Julian. Digestor. in expl. d. l.*

L. III.

Non tantum *adversus ipsum*, etc.] *Tantum* agnovere Basilic. *Tom.* VII. *p.* 385.

Furti noxaque *solutum esse*,] *Furtis noxisque*, Rob. Steph. (1) add. G. Forner. *Selection.* III. *ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 122.

(1) Etiam Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. IV.

Etiam heredibus ejus, etc.] Vid. *L. ult. h. t.*

L. V.

Quod ille praestiterit non totius etc.] Cujacius, *Obs.* VI. 1. post *praestiterit* ponit distinctionem, et accipit de sciente: et sic quoque distinguit Rob. Steph. (1).

Si modo cum eo quoque ex L. Aquilia, vel ex XII. *Tabulis agi potest,*] Non enim semper poni potest non possidere, nec dolo possidere desiisse.

Repetat *a socio:*] *Repetit*, Rob. Steph. (2).

Nec servorum conscio *parcendum est.*] D. Goth. *in not.* „*Consilio*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. Basilic. Schol. [*Tom.* VII. *p.* 389.] τοῦ συνειδότος τῇ τῶν οἰκετῶν κλοπῇ. quod malim.

(1) Etiam Pothier. *h. t. num.* 6. quem vid. de hac Lege, in cujus initio pro *sciente altero*, Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 6. ope geminationis, legit: *sciente altero ero*, seu *hero.*

(2) Etiam Hal. et Rehd. Vid. Geb. *h.*

L. VI.

Sed et eum eo etc.] An, *sed ut* (1).

Uterque heres non plus duplo feret.] Vid. *L.* 4. *h. t.*

(1) Sic Hal. Vid. Geb. *h.* Explicuit hanc Legem Mtamiran. *ad Libb. Scaev. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 432. *seq.*

TITULUS VII.

ARBORUM FURTIM CAESARUM (1).

Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 250. *seq.*] Carpzov. *Defin. Forens.* *Part.* IV. *Const.* 37.

(1) Id est, *de actione arborum furtim caesarum.* Variae autem ex hoc delicto nasci possunt actiones. Merill. *Obs.* IV. 35. add. notata superius ad *L.* 32. *de oblig. et action.*

L. I.

Et reliquo condemnet.] *Eum*, addit Rob. Steph. (1). Non opus.

(1) Etiam Vulg. et Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.* Forte legendum: *in reliquum*, notavit van de Water, *in not. MSS.* Sed vid. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *condemnare*, *num.* 3. — Ad seq. *L.* 2. vid. Merill. *Obs.* IV. 35. Minus bene D. Goth. *in not.*

L. III.

Vitem arboris appellatione contineri, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. *Judic.* IX. 12. Joseph. *Antiq.* V. 9. Virgil. *Ecleg.* V. *vs.* 52. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 9. (1).

(1) Ad seq. §. 1. vid. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1431.

§. 3.

§. 3.

Antequam radices coëgerint;] D. Goth. *in not.* „Al. *egerint.* Al. *coïerint.*" *Coierint*, Rob. Steph. (1).

Aut evellantur:] Sic et *L.* 7. §. 2. *h. t.*

(1) *Egerint*, Hal. Vid. Geb. *h.*

§. 4.

Quod si quis ex seminario, id est, *stirpitus* etc.] *Id est*, abest apud Rob. Steph. (1) rectius.

(1) Etiam apud Hal. Vid. Geb. *h.* — Pro *ideo ea quoque arbor esse* videtur, in seq. §. 5., Graecos legisse videri: *non videtur*, notat Leunclav. *Notator.* II. 104. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1526. Sed vid. Pothier. *h. t. num.* 1. — Ad §. 6. vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 12. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 173.

§. 7.

Stirpes vitem arborem esse, magis est, sive jam egerunt radices, etc.] Aliud in casu §. 3. *h. l.*

L. IV.

Gajus Lib. I. *ad Leg.* XII. *Tabularum.*] Numerus deest in MS. Flor. Vid. L. T. Gronov. *Emend. Pand. p.* 74. Fuit tamen *Lib.* I. Junge *L.* 2. *h. t.* Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. in not. ad Tab.* II. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 164.

Ut herbae loco sit,] Vid. Ovid. *Remed. amor. vs.* 84.

L. V.

Cingere] Sic et *L.* 7. §. 4. *h. t.* (1). Salmas. *in Solin. p.* 61. vult hoc dici pro *quinquere*, vel *coinquere:* de quo Scaliger. *ad Fest.* voc. *conquirere* (2).

Subsecare est subsecuisse:] D. Goth. *in not.* „*serra secuisse*, Vulg." etiam Rob. Steph. (3).

Qui serra secuisset.] Basil. Schol. *Tom.* VII. *p.* 394. ὁ τὰς ῥίζας αὐτοῦ τεμών.

(1)

(1) Eamque lectionem defendit Bynkersh. *Obs.* IV. 21. *in fin.* et Otto, *in Alfen. Var. Cap.* 5. in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1659.

(2) *Coinquere* scribendum, non *cingere*, vult quoque Gronov. *ad Liv.* XXV. 7. §. 5. probante Adr. van Dorp. *Diss. ad loca quaed. Juris, Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 34. et *Obs. Cap.* 12. *p.* 104.

(5) *Id est, serra secuisse*, MS. Bynk. Vid. Geb. *h.* Budaeus, *in Annot. ad h. l.* legit: *subtercaedere est succidisse*, sed forte melius legi: *subsecare est succidisse*, observat van de Water, *in not. MSS.*

§. 1.

Ejus actionis eadem caussa est, etc.] An intelligit dominium in agente?

L. VI.

§. 2.

Si radicibus *vicini arbor aletur*, etc.] Extremis scil. (1). Ita non obstat §. 31. *Inst. de rer. divisiòn.* ubi tamen Jan. a Costa vult, hic esse vestigium veteris controversiae. *E terra vicini*, videntur legisse Basil. meliore sensu.

(1) Sic et Pothier. *h. t. num.* 5. Alii aliter. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 25. add. notata superius ad *L.* 7. §. *ult. de adq. rer. dom.* et Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2. §. 6. *p.* 194. Praecedit: *non esse* ejus. Pro *ei jus.* D. Goth. *in not.* Ipse Taurell. edidit *eius*, et dudum Hal. *ei jus*, ut et Rehd. Vid. Geb. *h.* add. D'Arnaud. *Conject.* I. 2. qui praeterea pro *sicuti tignum, aut protectum, immissum habere*, legendum putat: *sicuti tignum immissum, aut protectum habere.* Sed a Florentina non esse recedendum, observat van de Water, *in not. MSS.* quum τὸ *immissum* utique dici possit de arbore, quae radices egit in vicini fundum. Vid. Varron. *de Re Rustic.* I. 31. et Cicer. *de Senectut. Cap.* 15. add. Gesner. *in Addend. ad Varron. d. loc.* et *L.* 5. §. 3. *de reivind.* Videtur *immittere*, ut

ut pergit, vox generalis, ad plures ſpecies aptanda. Et alioquin vox quaedam videtur deficere, nempe *non esse ei jus habere*, ſed quid?

L. VII.

§. 2.

Si quis radicitus arborem evellerit (1),] Vid. ad *L.* 38. *de reivind.*

Quasi ruperit.] D. Goth. *in not.* „*rapuerit*, Vulg." Male.

(1) Brencm. *h.* mallet: *evelleret.* Non opus.

§. 5.

Sabinus ait, competere noxale, etc.] D. Goth. *in not.* „*noxalem*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph.

§. 7.

Condemnatio autem ejus duplum continet.] Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* II. 31. [§. 25. *not.* 46.]

L. IX.

Plane una actione contentus esse debet actor.] Vid. ad *L.* 2. §. 1. *de tutel. et ration. distrah.* Sed vid. et *L. pen. h. t.* et conf. Matth. *de Criminib.* XLVII. 3. *Cap.* 2. *num.* 7. (1).

(1) Add. Wiſſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 25. Voet. *ad eund. Tit. num.* 4. Pothier. *h. t. num.* 7.

L. X.

Si gemina arbor esset, etc.] Quaestio haec uſum habet, ſi in ſingulas arbores caeſas ſtatuta ſit poena, ut in XII. Tabb. Plin. *Hist. Nat.* XVII. 1. (1).

(1) Locum Plinii refert Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 246. — Sequens *L.* 11. jungenda cum *L.* 41. *de oblig. et act.* ubi vide.

L. XII.

Qui agrum vendidit, nihilo minus furtim arborum caesarum agere potest.] D. Goth. *in not.* „Imo, non potest. *L.* 6. §. 4. *de aq. et aq. pluv. arc.*" Agit de translato dominio, non de venditione sola.

TITULUS VIII.

VI BONORUM RAPTORUM (1), ET DE TURBA.

In casu rapinae *manifestae* non opus hoc edicto, nec etiam eo respexit Praetor, sed *nec manifestae*, ut *L.* 52. *in fin. L.* 88. *de furt.* Jan. a Costa, *ad pr. Inst. h. t.* Vid. et Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 80. §. 4. *de furt.* et *in Paratitl. ad h. t. Cod. Et de turba* absunt ab *Indice Titulorum Flor.* (2).

(1) Id est, *de actione bonorum vi raptorum:* quam latius patere, quam nomen ejus prae se fert, notat Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 1.

(2) Etiam a Rehd. Vid. Geb. *h.*

L. I.

Paulus Lib. XXII. *ad Edictum.*] Ubi egit *de Lege Aquilia.*

L. II.

Praetor ait (1): *si qui dolo malo*, hominibus coactis, etc.] Quid haec notent, Cicer. *pro Caecin. Cap.* 21.

In eum, qui id fecisse dicetur, judicium dabo.] *In eum, qui id fecisse dicetur, de vi bonorum raptorum intra annum in quadruplum, post annum in simplum, judicium dabo*, Rob. Steph. et Vulg. (2). Vid. Goth. *in not.* Verba haec videntur proba, ut in *L.* 1. *pr. de calumniator.* et alibi, absunt tamen a Basilic. [*Tom.* VII. *p.* 397.]

(1)

(1) Vid. de hoc edicto von Savigny, *Zeitschrift*, V. 10. 1. *H. p.* 125. *seqq.*
(2) Eodem fere modo Hal. et Rehd. Vid. Geb. *h.*

§. 1.

Neque debet *publico judicio* etc.] *Debere*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. probante Brencm. *h.* Herm. Cannegieter. *Obs. Jur. Rom.* I. 18. *p.* 118. *debet* retinet, sed pro *quidam putant*, ope geminationis, legit: *quod quidam putant.* Aliter J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 10. qui geminat *praejudicari*, legens: *neque debet publico judicio privata actione praejudicari. Praejudicari quidam putant: sed utilius* etc. Ad verba praecedentia: *nam si quis se vim passum* etc. vid. Noodt. *Probab.* II. 8. in fin. Legem hanc vitio plus uno laborare per malam e Graeco versionem, ait Jens. *Strict. ad Pand. p.* 495. *seqq.*

§. 6.

Sed et si unus homo coactus sit, etc.] Ergo *numerus Pluralis* resolvitur in *Singularem.*

§. 7.

Haec *enim quod ait, hominibus coactis*, etc.] *Hoc enim* etc. Rob. Steph. (1).

Sic accipere debemus, etiam hominibus coactis,] Haec melius hic abessent. Rob. Steph. *Hoc enim quod ait hominibus coactis, sic accipere debemus, ut sive solus vim fecerit, sive etiam hominibus coactis, vel armatis, vel inermibus* etc. et sic Corp. Gloss. (2).

(1) Etiam Hal. et Rehd. et Taurell. in margine. Vid. Geb. *h.*
(2) Florentina lectio haud dubie mendosa est, et aberrantis manus Librarii exemplum praebere videtur. add. Pothier. *h. t. num.* 4. qui *ibid. num.* 3. ad verba seq. §. 8. *et sine vi si quid callide admissum est, atque continebitur*, notavit: „*continebitur*, scil. sub appella-

latione *doli.* Ceterum, ad hoc Edictum non pertinebit." Sed vid. seq. §. 9. in fin.

§. 12.

Et melius esse dicitur, etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 80. §. 4. *de furt.* (1).

Et si *qui coactus est*, etc.] D. Goth. *in not.* „*Et is qui*, Hal." Etiam Rob. Steph. (2).

(1) Verba seqq. *ut omnia haec contineantur*, Glossema esse, putat van de Water, *Obs.* III. 4. *p.* 266.
(2) Et Rehd. et ipse quoque Taurell. in margine. Vid. Geb. *h.* Probante Auctore, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 7. *p.* 54.

§. 15.

Verum pretium rei etc.] Vid. *L.* 50. *pr. de furt.*

§. 17.

Haec actio vulgo tibi *bonorum raptorum dicitur.*] D. Goth. *in not.* „*vulgo vi bonorum raptorum*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Et omnia MSS. Vid. Brencm. *h.* qui putat, in Libro, ex quo Codex Flor. descriptus est, fortasse fuisse *de Bi*, indeque natum *tibi.* Aliter Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1596. *De vi* legendum, censet quoque van de Water, *in not. MSS.*

§. 18.

Si quis igitur suam rem rapuit,] Putans, id licere (1).

Sed aliter multabitur.] An a Triboniano, respiciente *L.* 7. *Cod. unde vi.* add. Galvan. *de Usufr. Cap.* 40. *num.* 2. (2).

Qua *rem suam aufert.*] D. Goth. *in not.* „*Quia rem suam*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. bene.

(1) Add. Vinn. *ad* §. 1. *Inst. vi bon. raptor.*
(2) Et Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 26. §. 4. *not.* 28.

§. 19.

§. 19.

Et *servi et familiae nomine,*] *Sed et servi*, Rob. Steph. (1). Florentina melior.

Noxali *vi bonorum raptorum* etc.] D. Goth. *in not.* „*noxali judicio, et vi* etc. Hal. (2)." Etiam Rob. Steph.

Tenetur.] *Tenebitur*, Rob. Steph. (3).

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Imo, Vulg. Hal. ut Flor. Vid. Brencm. *h.*
(3) Etiam Hal. et Vulg. et Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 20.

Sane dolo caret:] *Sane si dolo*, Rob. Steph. (1). Nihil muto.

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 22.

Sic (1) *ut intersit mea* etc.] Vid. *L.* 13. *in fin. de lib. caus.*

Sed illud solum ex *bonis meis,*] *Si ex bonis meis*, Rob. Steph. (2).

Hoc est, ex substantia mea res ablata esse proponatur.] De poena hic non agit, sed de ipsa re. (3).

(1) Apud Hal. *sic* abest. Vid. Geb. *h.*
(2) *Si* inserit quoque Rehd. Hal. *ut*. Vid. Geb. *h.* Rucker. *in not. MSS.* praecedens verbum *accipiamus* interpretatur *requiramus*, *intelligamus*, et legit: *sed illud, ut solum ex bonis* etc. et male ex hoc loco descriptum esse §. *ult. Inst. h. t.* observat. add. Cujac. *in not. ad d.* §.
(3) Add. Vinn. *ad* §. 2. *Inst. h. t. num.* 2.

§. 23.

Nam et furti actionem habeo.] Junge cum sequentibus, §°. deleto. Ita Cujacius. Vid. D. Goth. *in not.* et

recte, et ſic Vinn. *in not. ad* §. 2. *Inſt. h. t.* Facit huc *L.* 1. §. 33. *de vi et vi arm.* Fruſtra diſſentit Huber. *in Prael. ad Tit. Inſt. de oblig. quae ex del.* §. 16. (1) et Bachov. *ad* §. 14. *Inſt. eod.* Manuſcriptorum auctoritas hic nihili est, et Codex Flor. diſtinctionibus caret. Politian. *Miscellan. Cap.* 41. Auguſtin. *Emend.* I. 9. [in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1457.] (2).

(1) Ubi vid. Thomaſ. *in Schol.*
(2) Add. notata ſuperius, *Tom.* I. *p.* 2. Sequitur: *cum ille celet ſuum delictum, hic publicet.* Facit huc Plaut. *in Epidic.* I. 1. *vs.* 10. Vid. van de Water, *Obs.* I. 5. *p.* 32. et Heinecc. *in Antiq. ad h. t. Inſt.* §. 1.

§. 27.

Quia putavit ſufficere condictionem.] Quae est in ſolidum. Simile *L.* 4. *de calumniator.* Et quo bonum fuit, actionem odioſam in eos dare, quae ne ſolidum quidem perſequitur: cum haec illo odio non laboret, et ſolidum praeſtare poſſit. Fateor tamen hinc non ſequi, condictionem furtivam in heredem in ſolidum dari: de quo Matth. *de Criminib.* XLVII. 1. *Cap.* 4. *num.* 2. et Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 78. *error.* 1. (1).

(1) Add. notata ſuperius ad *L.* 9. *de condict. furtiv.* In verbis praec. *an tamen in id quod* etc. τὸ *quod* fortaſſe poſitum eſſe pro *quoad*, id est, *quatenus*, uti apud Terent. *Eunuch.* II. 1. *vs.* 9. et Liv. XXVI. 52. §. 6. notavit Voorda.

L. IV.

Ulpianus Lib. LVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *h. t.*

Praetor ait: Cujus dolo malo in turba damnum quid (1) *factum eſſe* etc.] Vid. Paul. *in Sent.* V. 3. §. 1. ubi et de damno corpori dato, de quo nihil in Edicto. (2).

(1) Hal. et Vulg. *quod.* Vid. Brencm. *h.* Malam e Graeco verſionem dicit Jenſ. *Strict. ad Pand. p.* 497.
(2) Add. Schulting. *ad d. loc. Paul. not.* 3. — Ad ſeq. §. 2.

§. 2. vid. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 389. *seqq.* Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1375. Ant. Augustin. *Emend.* IV. 16. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1553.

§. 3.

Et rectissime Labeo inter turbam et rixam multum interesse ait: etc.] Vid. Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposition.* II. 32. et 33. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 387. *seq.*] add. *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 258. *seqq.* (1).

Namque turbam multitudinis hominum esse etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, unius. arg. *L.* 2. §. 6. *h. t.*" Non agit de *turba*.

(1) In initio §i. pro *admittimus* Cod. Vlaming. habere: *accipimus*, notat H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *p.* 162. qui id praefert, et praeterea monet, eundem Cod. in seq. §. 5. pro *si tamen et ipse* inter turbam *fuit*, habere: *in turba*, et in §. 6. pro *vel dum misericordiam provocat*, habere: *vel dum in iram provocat*, quod multo rectius putat. Sed vid. sequentia.

§. 15.

In servum autem (1), etc.] Vid. *L.* 1. *pr. tit. seq.*

(1) Legendum: *item*, notat Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 6. §. 3. *not.* 22. — Sequitur in §. 16. *et hic erunt* repetita. Id est, *repetenda*. Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 22. *p.* 153.

L. VI.

Usucapi Lex vetat.] Vid. Merill. *Obs.* VIII. 3.

TITULUS IX.

DE INCENDIO (1), RUINA, NAUFRAGIO, RATE, NAVE EXPUGNATA.

(1) *De incendiis* duae doctae Dissertationes sunt Hambergeri, quae exstant in ej. *Opusculis.*

L. I.

In quadruplum in anno, etc.] Vid. Paul. *Sent.* V. 3. §. 2.

Post annum in simplum,] D. Goth. *in not.* „Imo, post annum non datur. *L.* 2. *in fin. Cod. de naufrag.*" Non est generalis.

Item in servum, etc.] Vid. *L.* 4. §. 15. *tit. praec.*

§. 1.

Qui forenses *quoque actiones* etc.] Id est, *civiles.* Πράγματα ἀγοραῖα, Herodian. *Lib.* VII. Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 18. §. 3. *not.* 12.

§. 4.

Et magis est, ne habeat,] D. Goth. *in not.* „Imo, habet. *L.* 4. *h. t.*" Non obstat.

§. 5.

Et magis est, ut de eo tempore,] Junge *L.* 3. *h. t.*

L. III.

§. 2.

Nec enim minus in mari, quam in villa, etc.] D. Goth. *in not.* „Ordo inversus hic est, etc." Ita saepe loquuntur Veteres. Vid. ad *L.* 1. *de verb. sign.* (1).

(1)

(1) Et ad *L.* 7. §. 8. *de pactis.* *Latrunculorum* commune nomen est tam maritimis, quam terrestribus praedonibus. Duker. *ad Flor.* III. 6. §. 2.

§. 6.

Ejecta, hoc est, quod Graeci ajunt ἐξεβράσθη.] Ab ἐκβράσσω, non ἐκβράζω: in quo cum Augustino, *Emend.* IV. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1553.] labitur Bynkersh. *Obs.* VI. 25. *num.* 8. (1).

(1) Ἐκβρασθὲν legi mavult M. Roever. *ad loca quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 5. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 155. Vid. et de hoc loco Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 6. *p.* 228.

§. 7.

Nec enim injuria hoc fecit, qui se tueri voluit, cum alias non posset,] Vid. M. Senec. *Controv.* IV. 4. in *Excerpt.*

§. 8.

Si quis ex naufragio clavos, vel unum ex his abstulerit, etc.] Majores Veterum naves plura habebant gubernacula. Vid. Graev. *Lection. Hesiod. p.* 11. Apulej. *Metam. Lib.* II. Aelian. *Var. Histor.* IX. 40. ibiq. Perizon. (1). Rem hanc JCti nostri non ignorarunt, ut illis imputat Graevius. Vid. Bynkersh. *Obs.* IV. 17. *in fin.*

(1) Add. Oudendorp. *ad Apulej. loc. cit p.* 122. et Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 13. *p.* 277. Claudio rem nauticam magnae curae fuisse propter arctiorem Romae annonam, ob quam multa indigna tulerat, et huic ipsius studio forte accepto quoque ferendum SCtum de naufragiis, cujus hic mentio fit, observat Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 3. §. 6. *not.* 51.

L. IV.

In illa trepidatione rapiat.] Sic et Quinctil. *Declam.* 259. [*p.* 477. ed. Burm.] (1).

(1) Quem locum citat quoque Jan. a Costa, *ad* §. 17. *Inst. de action.*

§. 1.

Liberos quidem fustibus caesos etc.] Verba haec *fustibus caesos* post seqq. verba: *aut si sordidiores erunt* collocari debere, vult Cujacius, *ad L.* 18. §. 2. *de jur. fisc.* (1).

Ne quid aut durius aut remissius constituatur, etc.] Vid. *L.* 1. *pr. de poenis.*

(1) Et Petr. Fab. *Semestr.* II. 5. *p.* 92. Ad verba initialia hujus §. *Divus Antoninus*, notavit van de Water: „De *Pio* accipit Cujacius, *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* De *Antonino Caracalla* Ant. Augustin. *de Nomin. propr.* [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 297.] Sed tunc statuendum foret, hos *ad edictum* Libros fuisse scriptos Caracalla mortuo: de quo dubito, neque aliud huic simile exemplum alibi in Pauli Libris *ad edictum* occurrere scio." De *Caracalla* tamen etiam accipit Grotius, *in Vit. Pauli*, in Jurispr. antejustin. Schulting. *p.* 207. — Sequitur in *L.* 5. *quae fluctibus expulsa sit.* Sic etiam loquitur Florus, IV. 2. §. 64. ubi vid. Duker.

L. VI.

Aut ancorae involantur (1) *de* mare.] D. Goth. *in not.* „*de mari*, Hal." Etiam Rob. Steph.

(1) Id est, *furantur*, passive. Pothier. *h. t. num.* 7.

L. VII.

Ut hi, qui juxta litora maris possident, etc.] Eunomiam defendit Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. *num.* 8.

Si quando navis vel inficta, etc.] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1306.] (1).

Ut quicquid *probaverint* etc.] *Qui quid*, Scip. Gentil. *d. loc.* I. 25.

Adire Praefectos, etc.] *Praefectum*, Rob. Steph. An Li-

Limenarcham, similemve intelligit? Aliter Duarenus, *ad Tit. de in lit. jurand. num.* 51. Sed non placet: hic enim non de Italia, sed de Provinciis agitur.

Et ad eum testari,] *Apud*, Rob. Steph. (2).

(1) Et Cujac. *Obs.* IX. 9. Sequitur: *ne* naufragia *deripiant*, id est, naves fractas. Van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 26. *p.* 152.

(2) Et Taurell. in margine. Hal. et Rehd. *apud est.* Vid. Geb. *h.* Commentatus ad hanc Legem etiam est Merill. *ad Libb. Quaest. Callistr.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 633. *seq.*

L. VIII.

Ratis vi fluminis in agrum meum delatae, etc.] Vid. *L.* 9. §. 3. *de damn. infect.*

L. IX.

Si vero casu, id est, negligentia (1), *aut noxiam sarcire jubetur*, etc.] Vid. *L.* 28. §. 12. *de poen.* Matth. *de Criminib.* XLVII. 5. *Cap.* 1. *num.* 1. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 17. *Def.* 12.

(1) Add. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 11. §. 6. *not.* 15. et van de Water, *Obs.* I. 16. *p.* 86. Ad verba: *vinctus, verberatus*, vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 27. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 222. Bynkersh. *Obs.* I. 21. circa fin.

L. X.

Ne piscatores nocte, lumine ostenso, etc.] Cum piscant. Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 12. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1285.] (1). Esse haec verba Constitutionis, putat Cujac. *ad Nov.* 22. *p.* 572. ubi et alia.

(1) Add. Otton. *de Tutel. viar. Part.* III. *Cap.* 11. *p.* 569.

L. XI.

Ut luxuria (1), etc.] Id est, *lascivia.* Herald. *de*

Rer. judic. auctorit. I. 8. *num.* 6. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1118.]

(1) MSS. *luxuriae.* Vid. Brencm. et Geb. *h.* Budaeus, *in Annot. ad h. l.* legit: *lasciviae.*

L. XII.

Licere unicuique naufragium suum impune colligere etc.] Non etiam pridem passim in locis Septentrionalibus. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 7. *num.* 1. *in not.* (1).

(1) Quae Ulpianus in seq. §. 1. monet de poena incendiariorum, plenius occurrunt in *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 12. §. 5. Vid. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 14. *p.* 278.

TITULUS X.

DE INJURIIS, ET FAMOSIS LIBELLIS.

L. I.

Omne enim, quod non jure fit, injuria fieri (1) *dicitur:*] Sic Plautus, *Aulular.* II. 5. *injuria dispertivisti.* (2).

Interdum injuriae appellatione damnum culpa *datum significatur,*] Id est, *etiam culpa.*

Nam *cum quis inique vel injuste sententiam dixit,*] Videtur aliquid deësse, supplendum ex *pr. Inst. h. t.* Rob. Steph. delet: *nam*, et post *dixit* ponit (.) Vid. et Basil. *Tom.* VII. *p.* 458. (3).

(1) *Fieri* delet Nic. Catharin. *Obs.* IV. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 792. auctoritate Basilic.

(2) Add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 290. *seq.* et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1376.

(3) Aliter Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2.

Tit. 2. §. 5. *p.* 192. Ad seqq. verba: *contumeliam autem* etc. vid. Menag. *d. loc. p.* 272. et Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *contumelia*, ibiq. Heinecc.

§. 1.

Injuriam autem fieri Labeo ait aut re *aut* verbis:] D. Goth. *in not.* „Debuit addere: *et literis et libellis*, etc." Non opus.

Convicium fit.] *Ut cum convicium fit*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Vulg. et Rehd. Vid. Geb. *h.* qui putat, vocem *ut* absorptam esse a literis finalibus vocis antecedentis *inferuntur*, et vocem *cum* a literis initialibus vocis sequentis. Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 20. *p.* 117. legit: *cum convicium fit*, illud *cum* etiam repetens ex *con* in voce seq. *convicium.*

§. 2.

Cum Comes matronae abducitur.] Vid. Paul. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2. §. 5. De comitatu matronarum quaedam Mercer. *ad Aristaen. Epist.* 9. (1).

Ad infamiam, *cum pudicitia* etc.] Ad eam, quae *corpori* infertur, refert Paul. *in Sent.* V. 4. §. 4. Rectius hic. (2).

(1) Quem locum citat quoque Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 32. De puerorum Comitibus nonnulla Schulting. *ad Paul Sent.* V. 4. §. 14. *not.* 55. add. Heinecc. *in Antiq. ad h. t. Inst.* §. 5. *in not.*

(2) Vid. Schulting. *ad d. loc. Paul. not.* 9.

§. 3.

Quae in his *fit*,] *In* abest apud Rob. Steph. (1).

(1) Et Hal. Vid. Geb. *h.* Ad verba praecedentia: *vel uxori*, vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 3. *not.* 6. add. Gaj. *Inst. Veron. Lib.* III. §. 221.

§. 4.

Idemque et si fama ejus, etc.] Vid. Sand. *Decision.* V. 8. *Def.* 2. (1).

(1) Add. Trotz. *Memor. propag. Cap.* 7. §. 1. *p.* 512. *seq.*

§. 5.

Quia nulla est injuria, quae in volentem fiat.] Vid. Aristotel. *Ethic.* V. 11. Laedens tamen peccare potest, et sic non obstant, quae habet Wissenbach. *in Disp. ad Instit. Disp.* 43. *Thes.* 3. add. Huber. *in Pract. ad h. t. Inst. in pr.* et Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 3. *num.* 3. (1).

(1) Ad verba seq. §. 6. *si corpus testatoris — detentum est*, Rucker. *in not. MSS.* notavit: „si quis nempe jus crediti non haberet, et sic per injuriam detinuisset cadaver: alioqui creditori vero impune licebat cadaver debitoris detinere. Justinus Imp. demum id sub gravi poena prohibuit *L.* 6. *Cod. de sep. viol.* Jac. Guther. *de Jur. Man.* III. 22."

§. 8.

Sive autem sciat quis filium meum esse, etc.] Vid. *L.* 18. *in fin. h. t.*

§. 9.

Idem ait [*Neratius*] *ex una injuria* etc.] Nihil notatur in Flor. (1).

Et ipsi injuriarum actio incipiet competere.] Junge *L.* 3. *h. t.*

(1) Sed apud Hal. Vulg. Rehd. *Neratius* abest. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. II.

Quod si viro injuria facta sit, uxor non agit (1):] Et sic alibi de viris statuta ad mulieres non extenduntur. Mev. *ad Jus Lubec.* l. 5. *Art.* 7. *num.* 88. *seqq.*

(1)

(1) Additur: *quia defendi uxores a viris, non viros ab uxore, aequum est.* Al. *ab uxoribus.* Vid. D. Goth. *in not.* et Geb. *h.* Male. Vid. Burman. *ad Sueton. in Claud. Cap.* 34. *p.* 788.

L. III.

§. 3.

Aut dum certat, etc.] Vid. *L.* 7. §. 4. *ad L. Aquil.*

L. V.

Quod se pulsatum verberatumve, etc.] Vid. Ciceron. *in Verr.* III. 12. *et* 26. Publicum (1) quoque Athenis ὕβρεως judicium. Herald. *Obs. Cap.* 46. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1376.]

Qua Lege cavetur, ut non judicet, etc.] Non igitur rejici tantum potest, sed nec judicare debet, et Leges Corneliae patiebantur tantum tres rejici. Cicer. *in Verr.* II. 31. (2).

Qui ei, qui agit, gener, socer, etc.] Simile *Lege Servilia* apud Sigon. *de Judic.* II. 27.

Quive eorum ejus,] Lege: *cujus.* (3).

(1) An *Lege Cornelia* de his injuriarum speciebus *publicum* judicium constitutum sit, dubitatur. Vid. H. M. Vockestaert, *Diss. de L. Corn. Sulla Legislatore*, *Cap.* 7. §. 3. Lugd. Batav. 1816. qui auctores in utramque partem citavit. add. F. A. Schilling. *Bemerkungen ueber Römische Rechtsgeschichte*, *p.* 288. *seq.* Legem hanc Corneliam caput fuisse *Legis Corneliae de Sicariis*, non Legem peculiarem, putat Hugo, *Geschichte des Röm. Rechts*, *p.* 651. *seq.* propter locum Theophili, *in Paraphr. ad* §. 8. *Inst. de injur.* Vid. tamen Vockestaert. et Schilling. *locc. modo citt.*

(2) Add. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 3. §. 5. *p.* 117. *seq.*

(3) Sic etiam Schulting. *d. Diss. loc. cit.*

§. 1.

Pulsare, sine dolore.] Id est, *etiam sine dolore: pulso* enim

enim est a *pello.* Vid. *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 146. (1).

(1) Ibiq. Duker. *not.* 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 8. *not.* 21. Vid. et Coler. *Parerg. Cap.* 56. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 385. quem refutat Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 106. qui pro *dolore* hic legi vult: *dolone*, probante Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. ex Tit. de injur. p.* 159.

§. 6.

Et placuit, non posse, etc.] Ob verba, ut puto; Legis: *se, suam,* quae ipsam personam laesi exigunt (1). Aliter Matth. *de Criminib.* XLVII. 4. *Cap.* 1. *num.* 12.

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 72.

§. 8.

Hac Lege permittitur actori jusjurandum deferre;] Vid. *L.* 11. §. 1. *in fin. h. t.* (1). Carpzov. *Definit. Forens. Part.* IV. *Const.* 42. *Def.* 9.

Ut reus juret, injuriam se non fecisse.] Jurabant et, se non fecisse mala mente. Tibull. II. 5. *vs.* 104. ubi Brouckhus.

Etiam Praetores exemplum legis secuturos,] D. Goth. *in not.* „*secutos*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (2). Basilic. Schol. *Tom.* VII. *p.* 481. ἠκολούθησαν.

(1) Modo agatur *civiliter.* Schol. Basilic. *d. loc.* Vid. et van de Water, *Obs.* II. 10. *p.* 168. Aliter Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 271.

(2) Et Rehd. Vid. Geb. *h.* Sensum esse: Praetores non tantum in tribus speciebus injuriarum Legis Corneliae, sed in omni injuriarum genere, jusjurandum admisisse, modo agatur civiliter, ait van de Water, *loc. modo laud.* Vid. et Pothier. *h. t. num.* 73.

§. 9.

§. 9.

Etiamsi alterius nomine ediderit,] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 30. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1349.]

Intestabilis ex Lege *esse jubetur.*] *Corneliam* intelligit Oisel. ad Caj. [*Inst.* II. 10. §. 1. *not.* 15. circa fin.] (1). Sed unde probabit? Vid. autem *L.* 26. *qui test. fac. poss.* ubi Gajus hac de re egit. Junge *L.* 12. *L.* 19. *h. t.* Scholia Basilic. quoque [*Tom.* VII. *p.* 482.] *Corneliam* intelligunt: quod improbat Pithoeus, *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2. [§. 5. *not.* 22.] Ulpianus *L.* 18. §. 1. *qui test. fac. poss.* id jus *SCto* adscribit. add. §. *seq. h. l.* (2).

(1) Etiam Marcil. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 66. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 285.
(2) Et notata superius ad *L.* 21. *pr. de testib.*

§. 10.

Aliudve quod sine scriptura etc.] Ἄγραφον, Basilic. *Tom.* VII. *p.* 461. (1).

In notam aliquorum produxerit.] *Proposuerit*, Paul. *in Sent.* V. 4. §. 17. ubi poena est *relegationis.*

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 74. Ad vocem ἐπιγράμματα vid. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 29. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1347. ubi seq. *Cap.* 30. plura de *carmine famoso.* et Ant. Augustin. *Emend.* IV. 16. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1553. et Jos. Nerium, *Analector.* I. 36. in *eod. Thes. Tom.* II. *p.* 375. Hal. ἐπίθεσιν, et sic quoque Alciat. *Parerg.* I. 8. et V. 4.

§. 11.

Pretium *constituitur,*] D. Goth. *in not.* „*Praemium*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. Basilic. ἔπαθλον.

L. VI.

Tunc ei *quia difficilis* etc.] *Tunc enim quia* etc. Rob. Steph. recte (1).

Vo-

Voluit Senatus publica quaestione rem vindicari.] D. Goth. *in not.* „Atqui convicium incertae personae factum non vindicatur. *L.* 15. §. 9. *h. t.*" Aliud est.

Et jure communi *injuriarum agi poterit.*] Vid. ad *L.* 2. *de furib. balnear.*

Nec enim prohibendus est privato agere judicio, quod publico judicio praejudicatur:] Facit huc *L.* 7. §. 6. *h. t.* Duarenus, *Disp. Anniverf.* I. 37. *publicum judicium* accipit pro *criminali.* Male. Vid. Matth. *de Criminib.* XLVII. 4. *Cap.* 5. *num.* 9.

Quia ad privatam caussam pertinet.] Uti in *L.* 15. *de accusation.* Nec probo Cujacium, *Obs.* XXIV. 16. nec Matthaeum, *loc. modo laud.* (2), putantes, Praetorem facturum rectius, si impediat praejudicium publico judicio fieri, contra verba hujus Legis. add. Basilic. Schol. *Tom.* VII. *p.* 482.

(1) Etiam Vulg. *enim* loco *ei.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Vid. et Voet. *ad h. t. Pand. num. ult.*

L. VII.

Qui agit injuriarum, certum *dicat*, etc.] Vid. Paulus, *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2. §. 6. (1).

Quia qui famosam actionem intendit, non debet vagari etc.] Idem cavetur de *actione doli. L.* 16. *de dol. mal.*

Sed designare et certum specialiter dicere, quam se injuriam passum contendit.] Vid. Aristides, *pro Quatuorvir.* citatus a Pricaeo, *ad Matth.* XXVII. 23. Etiam *tempus*, juxta DD. Vid. Grivell. *Decis.* 43. *num.* 7.

(1) Ibiq. Schulting.

§. 1.

Rectius igitur fecerit, si hujusmodi actionem [*non*] (1) *dederit.*] Vid. Sand. *Decision.* V. 8. *Def.* 11.

Est hoc verum: sed ubi non principaliter de ea re agitur, quae

quae habet publicam executionem.] Vid. *L.* 6. *Vs. ceterum. h. t.*

Quid ergo de Lege Aquilia dicimus?] Vid. *L.* 23. §. 9. *ad L. Aquil.* (2).

Nam et ea actio principaliter hoc continet: hominem occisum] Videtur hic finiri objectio, et incipere responsio, et ponenda distinctio. Sic et Basil. Schol. *Tom.* VII. *p.* 483. (3).

Cui enim dubium est, etiam hunc dici posse Cornelia convenire?] Vid. *L.* 1. §. 3. *ad L. Cornel. de Sicar.*

(1) Contra, praec. *L.* 6. dicitur: *nec enim prohibendus est privato agere judicio*, etc. Sed delicta sunt diversa. *Libellus famosus*, de quo agitur *d. L.* 6. laesionem privati hominis continet, seu, ut ait Paulus, *ad privatam caussam pertinet:* neque adeo mirum, non prohibendum laesum *privato* agere judicio, si illud *publico* praetulerit. Sed in hac *L.* 7. §. 1. agitur de *homine*, seu servo, *injuria occiso:* quo facto ipsa Respublica laeditur, homine de medio sublato, et agitur adeo *principaliter de ea re, quae habet publicam executionem*, neque adeo mirum, Ulpianum dicere, Praetorem hoc casu *rectius facturum, si hujusmodi* (privatam) *actionem non dederit.* Aliter Pothier. *Tit. de oblig. et action. num.* 70. *et* 71.

(2) Secundum quam, si dominus *Lege Aquilia egerit, praejudicium fieri Corneliae non debet.*

(3) Pari fere modo J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 10. §. 3.

§. 2.

Liberto adversus Patronum non quidem semper, etc.] Vid. *L.* 11. §. 7. *h. t.*

Si sua, *puta si servilis:*] *Si saeva*, Cujac. *in Praef. Lib.* LX. *Basilicor.* quod praefero τῷ *summa*, ut legit Noodt. *Obs.* I. 16. (1).

Heri servum, hodie liberum conquerentem,] Vid. D. Goth. *in not.* add. Cujac. *in exposit. Nov.* 6. et Muret. *Obs. Cap.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 136.] (2).

Si vulneravit non mediocria,] D. Goth. *in not.* „*non mediocriter.*" Sic Rob. Steph. (3).

(1)

(1) *Si saeva* legit quoque Roever. *Diss. ad loca quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 155. et Brencman. *h.* Apud Hal. et Vulg. *si sua* absunt: quod mavult Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 11. §. 2. et Pothier. *h. t. num.* 45. etiam Voorda, *in not. MSS.* putans tamen ea retineri posse hoc sensu: *puta si et illi ipsi facta et servilis sit.* Nihil quoque mutat Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. ex Tit. de injur. p.* 158. Sed Noodtii emendationem probat Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 71. Vid. et A. G. Pagenstecher. *Adversar. Jur.* I. 7. et Trotz. *Memor. propag. Cap.* 9. §. 4. *p.* 610.

(2) Vid. et G. Forner. *Selection.* II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 67. Pro *emendaverit*, in seqq. verbis, J. F. Christius, *Noct. Acad. Spec.* I. *Obs.* 5. legit: *commulcaverit.* Sed verba: *vel emendaverit*, in ipso contextu Flor. non haberi, sed ab antiquo Librario adjecta esse, Taurellium significare, adeoque recte illa deleri, notavit Voorda.

(3) Etiam Hal. et Vulg. et Flor. factum. Vid. Brencm. *h.* qui potius pro *vulneravit* legendum censet: *vulnera tulit.* A. G. Pagenstecher. *loc. modo cit. vulnera duit.* Sed *mediocriter*, ut in Basil. est, praefert Voorda, *in not. MSS.*

§. 3.

Prorsus nec competit, etiamsi atrox fuerit.] D. Goth. *in not.* „ Hodie competere puto ob atrocem injuriam. *L.* 6. *Cod. de Spectac.*" Est casus specialis.

§. 5.

Cogendum injurias, quas simul passus est, conjungere.] Aliud *L.* 41. *h. t.* Paul. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2. §. 6. (1). add. Matth. *de Criminib.* XLVII. 5. *Cap.* 5. *num.* 9.

(1) Ibiq. Schulting. *not.* 40. add. Cujac. *Obs.* XXVI. 18. — Ad seq. §. 6. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 8. *not.* 20.

§. 8.

§. 8.

Persona atrocior injuria fit, ut cum magistratui, etc.] De quo Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 43. Mev. *ad Jus Lubec.* IV. 4. 8. ubi et de eorum ministris. Goris, *ad Consuet. Velavic. Cap.* 5. *Art.* 10. *et* 11. (1). Imo huic non decedere de via; atrox erat injuria. Aerod. *Pand.* VI. 5. 4.

Tempore,] D. Goth. *in not.* „ quod et *locus* dicitur. " Differunt tamen. (2).

Si ludis,] Vid. Plutarch. *in Solon. p.* 89. Nonnulli volunt, hoc casu agi posse *civiliter* et *criminaliter* cumulative. Mev. *ad Jus Lubec.* IV. 4. 3. *num.* 9.

Nam Praetoris *in conspectu,* etc.] *Nam in Populi Romani conspectu,* Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 10. *not.* 32. et *Obs.* IX. 16. a quo dissentit G. Forner. *Selection.* I. 21. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 32.] (3) sed pro Cujacio Foquelin. *ad* §. *ult. Inst. de vulg. substit. p.* 120. (4).

Ro atrocem injuriam etc.] Junge *L.* 9. *h. t.*

(1) Vid. et Grot. *in Flor. Sparsion. p.* 248. *seq.* et Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 10.

(2) Vid. Schulting. *ad loc. Paul. modo cit. not.* 33.

(3) Add. Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* II. *p.* 34. *seqq.* et Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 16. *seq.* et *ad* §. 9. *Inst. de injur.* Nihil hic mutandum, censet quoque van de Water, *in not. MSS.* Ad verba praecedentia: *et in conspectu,* vid. Burman. *ad Sueton. in Claud. Cap.* 4. *Tom.* I. *p.* 721. Sic et dicitur *in oculis, in ore.* Vid. Drakenborch. *ad Liv.* XXXVII. 28. §. 1.

(4) Etiam Barbeirac. *ad Grot. de Jur. Bell. ac Pac.* II. 20. §. 37. — Ad seq. *L.* 8. vid. Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* III. 29. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 787.

L. IX.

Persona *atrocitatem faciente.*] Inferente, vel passa.

§. 5.

Praesidi offerendus est,] Non ergo Praetor hic aditus, ut vult Adversarius Noodtii (1).

(1) Vid. Waechtler. *Opusc. p.* 207.

L. XI.

§. 1.

Injuriarum actio ex bono et aequo est.] In eaque non rigor juris, sed bonum et aequum spectatur. Cujac. *Obs.* XXII. 14. Nota verba: *in quantum aequum Judici videbitur. L.* 17. §. 2. *h. t.* add. *L.* 34. *de oblig. et action.* et seqq. verba hujus §. Simile *L. pen. de sep. viol.* et in *actione de dejectis et effusis*, cum libero homini nocitum est. *L.* 1. *pr. de his qui effud. vel dejec.*

Et si jusjurandum exactum erit,] Vid. *L.* 5. §. 8. *h. t.*

§. 3.

Tam me, qui mandavi, etc.] Vid. *L.* 15. §. 8. *h. t.* (1).

(1) In seq. §. 4. pro *si in hoc te* conduxerim, Hotoman, *Obs.* VII. 10. legere: *perduxerim*, vel *induxerim*, sed nulla emendatione opus esse, recte notavit van de Water.

§. 5.

Idemque ait, et si filio meo mandavero, etc.] Vid. *L.* 157. *pr. de reg. jur. L.* 17. §. 7. *h. t.*

§. 6.

Et si persuaserim alicui alias nolenti, etc.] Idem ergo, an sit volens, an nolens. (1).

(1) Add. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. §. 10.

§. 7.

Quamquam adversus patronum liberto etc.] Vid. *L.* 7. §. 2. *h. t.* (1).

(1)

(1) Sequitur: *si autem conliberto nupta esset.* Cod. Vlaming. *cum liberto.* Vid. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *p.* 162. qui id reducendum arbitratur. *Cum liberto* etiam Rehd. Vid. Geb. *h.* Idem Cod. Vlamingi, in seqq. verbis, pro *actione* exequi *non posse*, habet: *consequi.* Vid. Arntzen. *d. loc. Consequi* etiam Vulg. Vid. Geb. *h.*

L. XII.

Gajus Lib. XXII. *ad Edictum Provinciale.*] Junge *L.* 19. *h. t.*

Si quis de libertate etc.] Vid. *L.* 26. *de liber. causs.* (1) de cujus inscriptione dubito, an sit recta.

(1) Ad quam vid. notata, et quacum hanc Legem etiam jungit Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de liber. causs. Tom.* I. *p.* 402.

L. XIII.

Injuriarum actio *neque heredi* etc.] Etiam *ex Lege Cornelia.* Vid. Sand. *Decision.* V. 8. *Def.* 4. (1).

(1) Verba: *ductus sit*, in seq. §. 2., Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. si quis jus dic. non obtemp.* sub fin. interpretatur: *ductus sit in carcerem.* add. Paul. *in Sent.* V. 26. §. 2. — Sequitur in §. 4. *quamvis hoc contumeliae caussa* faciet. Cod. Vlaming. *faciat.* Vid. Arntzen. *loc. modo laud. p.* 163. qui id probat. *Faciat* etiam Vulg. Vid. Brencm. *h. Non contumeliae caussa*, Hotoman. *Obs.* VII. 10. et VIII. 20. sed frustra secundum Jauch. *de Negation. p.* 211. etiam van de Water, *in not. MSS.* ait: „Possunt haec verba hanc interpretationem ferre: *quamvis ille, qui alteri honores non decernendos putat, animum vel intentionem habeat, alterius famam sugillandi*, modo id non aperte exprimat. Multum sane interest, num quis aperte in alicujus contumeliam quid faciat, an vero honores non decernendos opinetur."

§. 5.

Si cum alium contingeret legatio (1);] Sic Basilic. (2).

 (1)

(1) D. Goth. *in not.* „ *Locatio*, Vulg. Hal." Etiam Cod. Vlaming., qui porro pro *Duumvir indixerit* habet: *Duumviri injunxerint*, probante Arntzen. *d. loc.* et sic quoque Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Brencm. *h.*

§. 7.

Vel in cavea publica (1) *sedere*,] Vid. Quinctil. *Inst. Orator.* III. 6. [*p.* 241. ed. Burm.]

Aut si quis re mea (2) *uti me non permittat*:] Vid. *L.* 24. *h. t.* Vel domum meam ingredi. Cicer. *pro Caecin. Cap.* 12. Locus elegans. Hinc liquet, inter effectus dominii esse, nec non aliorum jurium, quod iis uti prohibitus *injuriarum* agere possim.

(1) *L'Amphithéatre.* Pothier. *h. t. num.* 22. add. Weitz. *ad Petron. Satyric. Cap.* 14. Putat autem van de Water, *in not. MSS.* vocem *publica* abundare: quum nullae sint privatae, et spuriam illam esse, aut a Compilatoribus Pand. sine necessitate additam. Praecedit: *qui in* publicum *lavare.* ubi *publicum* dici pro *balneo*, notat Pithoeus, *in Excerpt.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 356. Ad verba: *vel everriculum, quod Graece σαγήνη dicitur, ducere*, vid. Arntzen. *loc. modo laud. p.* 163. *seq.*
(2) Id est, *cujuslibet e populo*, secundum Bynkersh. *Diss. de Dominio maris*, *Cap.* 9.

L. XIV.

Quo *ex privata caussa* contingat,] *Quod — contingit*, Rob. Steph. (1).

Ad privatas enim caussas accommodata interdicta *sunt*,] *Uti possidetis*, et similia.

(1) *Quod* etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. XV.

Ulpianus Lib. LXXVII. *ad Edictum.*] An, *Lib.* LVII. Facit huc *L.* 17. *h. t.* quae est ex *Lib.* LVII., nec moris Pand.

Pand. Compilatoribus ordinem sic turbare, nec Ulpianus *Lib.* LXXVII. de *injuriis* egit. (1).

(1) De locutione *mentem alienare*, in *pr. h. l.*, vid. Drakenborch. *ad Liv.* III. 48. §. 1.

§. 1.

Verum manus adversus eum levatae,] Magis, si culter, vel gladius intentati. Vid. Mev. *ad Jus Lubec.* IV. 4. 14. (1).

(1) Sequitur in §. 2. *Ait Praetor*, etc. Actionem aestimatoriam, quam Praetor de injuriis proposuit, *moribus* introductam esse, ait Paul. *in Sent.* V. 4. §. 7. ubi vid. Schulting. *not.* 18.

§. 4.

Convicium autem dicitur vel a concitatione (1), etc.] Aliter Nonius, *hac voce*. Vid. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 273. *seq.* (2).

Cum enim in unum plures voces conferuntur, etc.] Vid. §. 11. *h. l.* Si plura objiciantur, an una erit injuria. Sand. *Decision.* V. 8. *Def.* 1.

(1) *Vocis*, vel *populi*, Ulpianum intellexisse, putat Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1375. *Conviciatione* legit Nerius, *Analect.* II. 28. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 464. Sed nihil mutandum. Vid. seq. §. 8.

(2) Add. *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 187. *seqq.* ibiq. Duker. et Interpp. *ad Phaedr. Lib.* I. *Fab.* 6. *vs.* 5. Pro *vel a conventu*, Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 9. *in fin. p.* 286. legit: *vel a concentu*, atque ita legendum conjicit quoque van de Water, *in not. MSS.* Sed vid. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 7. *p.* 73. *seq.*

§. 6.

Sed generaliter accipiendum adv. bonos mores hujus civitatis.] Juxta judicium gravium et sapientium virorum. Matth. *de Criminib.* XLVII. 4. *Cap.* 1. *num.* 2.

§. 8.

Verùm is quoque, qui concitavit etc.] Vid. Paul. *Sent.* V. 4. §. 20.

§. 9.

Nam si incertae personae convicium fiat, etc.] Idem volunt de *libello famoso*. *Consil. JCtor. Batav.* III. 167. Quid de verbis impersonalibus, Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 113. *et* 114.

§. 10.

Non tamen factum sit, etc.] Ut *L.* 50. §. 19. *de furt.*

§. 11.

Non omne maledictum convicium esse, etc.] *Prima semper irarum tela maledicta sunt*, Salvian. *de Gubernat. Dei*, III. *p.* 45. [ed. Brem. 1688.]

Sed id solum, quod cum vociferatione dictum est.] Aliter Cicer. *pro Coelio*, *Cap.* 3. (1).

(1) Sequitur in §. 13. *vel qui* aliquam etc. Id est, *aliam quam*, et sic Graeci. Vid. Leunclav. *Notat.* I. 67, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1493. add. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 303.

§. 15.

Si quis virgines appellasset, etc.] Hic edictum fuisse videtur *de appellatione* et *Comitis abductione*, quod porro exponit Ulpianus.

Si tamen ancillari veste etc.] Vid. Quinctil. *Declam.* 301. Salvianus, etsi alio tendens, *de Gubernat. Dei*, IV. *p.* 63. *seq. ubi enim quis mutaverit vestem, mutat protinus dignitatem.*

Multo minus, si meretricia *veste* etc.] Vid. D. Goth. *in not.* ibiq. cit. Brisson. *Select. Antiq.* I. 4. (1). add. Mu-

Muret. *ad Ciceron. Philippic.* II. 18. [*Oper. Tom.* II. *p.* 986. *seq.* ed. Ruhnken.]

Vel et comitem abduxit,]. Vid. *L.* 1. §. 2. *h. t.*

Injuriarum tenetur.] *Non tenetur*, Rob. Steph. et sic legit Joh. et Accurs. Basilic. tamen adfirmative legunt in textu et Schol., et quamvis minus peccent, possunt tamen teneri. Bynkershoek. *Obs.* IV. 25. post *tenetur* ponit (?), ut sic neget: quod frigidum. Herald. *Obs. Cap.* 12. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1325.] *vix injuriarum tenetur.* (2).

(1) Et quos plures *ibid.* laudat Trekell. add. Pancirol. *Thes. var. Lection.* II. 117. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1252. *seq.* Heinecc. *Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 54. Pothier. *h. t. num.* 13.

(2) Sic etiam Voet. *ad h. t. Pand.* §. 13. Jauchius *de Negation. p.* 530. *injuriarum tenetur* retinet, sed in praec. verbis, pro *si igitur non matronali habitu* etc. legit: *si igitur in matronali habitu:* atque ita legendum, aut alioquin *non tenetur*, putat C. V. Vonck. *Obs. Cap.* 32. *p.* 124. Pothier. *h. t. num.* 13. legit: *non tenetur*, aut alioquin faciendum ait cum Bynkershoekio. Van Dorp. *Obs. Cap.* 4. *p.* 32. *seq. si igitur cum matronali habitu.* J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 9. §. 9. *p.* 76. *seq. si igitur matronali habitu.* — Ad verba seq. §. 16. *Inter comites utique et paedagogi erunt*, vid. Coler. *Parerg. Cap.* 26. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 378. add. Liv. V. 27.

§. 19.

Adsectatusve est.]. *Sectatores*, Tertullian. *de Cultu femin.* II. 2. in fin. (1).

(1) Add. Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* III. 34. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 788.

§. 20.

Appellare est etc.] Vid. Quinctil. *Inst. Orat.* IV. 2. [*p.* 345. ed. Burm.]

§. 21.

Qui turpibus verbis etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVII. 4. *Cap.* 1. *num.* 4.

§. 22.

Aliud est appellare, aliud adsectari: etc.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de rapt. et matrim. Sanctim.* [*Tom.* III. *p.* 220.] (1).

(1) Sequitur: *adsiduo enim frequentia quasi praebet nonnullam infamiam.* Id est, *sinistrae opinionis argumentum*; Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 264. *Adsidua enim* etc. Vulg. et Hal. Vid. Brencm. *h.*

§. 23.

Si quis officii honeste *faciendi gratia* etc.] Nam et *inhonesta* sunt. Vid. ad *L.* 48. *de oper. libertor.*

§. 25.

Prout quaeque res erit, animadvertam.] Sic et *L.* 11 §. 1. *de minor.*

§. 26.

Videntur quasi neglecta.] *Neclecta*, Flor. (1).

(1) Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid:* I. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 142. Praecedit: *quippe cum* ex generali *injuriarum* etc. Ita Flor. Vulg. *ex generali clausula.* Sed nihil mutandum, et ex praec. subintelligendum: *edicto*, observat Rucker. *in not. MSS.* Idem seqq. verba: *sed videtur et ipsi Labeoni. et ita se habet, Praetorem* etc. ita interpungit: *sed videtur. et ipsi Labeoni, et ita se habet, Praetorem* etc. aut potius verba: *et ita se habet*, parenthesi includit. Etiam Schulting. *punctum* post *Labeoni* in *comma* mutavit.

§. 27.

Ut puta ad invidiam alicujus veste lugubri *utitur, aut* squal-

squallida,] Vid. D. Goth. *In not.* add. Ovid. *in Ibim*, *Vs.* 110. Cujac. *Obs.* VI. 5. (1). Vestes *lugubres* et *squallidae* diversae sunt. Raevard. *Conjectan.* I. 20. Abram. *ad Ciceron. in Pison.* in fin.

(1) Vid. et Panciroll. *Thes. Var. Lection.* II. 118. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1233. Const. Land. *Praetermissor.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1469. Trotz. *Memor. propag. Cap.* 6. §. 7. *p.* 422.

§. 28.

Prout quaqua re *erit*, etc.] D. Goth. *in not.* „*quaeque res*, Vulg. Hal." Sic §. 25. *h. l.*

Audiat *eum*, *qui agit.*] D. Goth. *in not.* „*Non audiat*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. Male (1).

(1) Add. Jauch. *de Negation. p.* 42. — In seq. §. 29. pro *alicui*, Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *aliquis*, et Duirsema, *Conject. Jur. Civ. p.* 270. *seq.* malunt: *alii cui.* Non opus. Vid. notata superius ad *L.* 2. *quod cujusq. univ. nom.* et ad *L.* 20. *de servitutib.*

§. 30.

Idem ait, eum qui eventum sententiae, etc.] Vid. Paul. *Sent.* V. 25. §. *ult.* (1).

Injuriarum damnatum videri:] Et infamem esse.

(1) Ibiq. Schulting. *not.* 68. — Ad seq. §. 32. vid. Brisson. *Select. Antiq.* III. 8.

§. 34.

Deve eo, injussu domini, quaestionem habuisse, etc.] Quod privatim olim saepe factum. Terent. *in Hecyr.* V. 2. *Vs.* 7. Quinctil. *Declam.* 328. 338. 353. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 63. *et* 66. (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 2. *not.* 6. in fin. — Sequitur in §. 35. *video dominum injuriarum* etc. Pro *video* Al. *judico.* Al. *judicio.* Al. aliter. Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 6. qui le-

legit; *ideo.* — Ad seq. §. 39. vid. Otton. *de Aedil. Colon. et municip. Cap.* 12. §. 6. *p.* 413. *seq.* — De voce *territio*, in seq. §. 41., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 426. *not.* 15. De *mala mansione* vid. notata superius ad *L.* 7. *pr. deposit.*

§. 44.

Vel mediastinus,] Vid. D. Goth. *in not.* add. Turneb. *Adversar.* XXVIII. 51. (1).

(1) Et Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *mediastinus.* Pro *vulgaris*, quod praecedit, forte legendum: *peculiaris*, id est, vicarius, qui est in peculio ordinarii, *L.* 5. §. 7. *de suis et legit. hered. L.* 21. *de pecul. legat.* observat van de Water, *in not. MSS.* qui praeterea pro *vel male notus*, in seqq. verbis, forte rectius legi putat: *vel malae notae.* Ad seqq. verba: *vel notae extremae*, vid. Ruhnken. *ad Vellej. Paterc.* II. 11.

§. 46.

Labeo scribit, eandem rem non esse:] Idem erit, si de uno tantum pactum initum sit. Matth. *de Criminib.* XLVII. 4. *Cap.* 1. *num.* 16.

§. 47.

Injuriarum actio magis proprietario, quam mihi competit.] Vid. tamen §. *seq.* (1).

(1) Ubi Flor. legitur: *ut si in contumeliam pulsatus sit.* D. Goth. edidit: *in contumeliam meam*, et sic quoque Rehd. Hal. inserit: *mei.* Vid. Geb. *h.* add. Best. *de Ration. em. Leg. Cap.* 25. *num.* 7. *p.* 265. *seq.*

§. 49.

Plus quam manifestum est.] Junge *L.* 17. *h. t.*

L. XVI.

Sed non esse aequum, etc.] *Iniquum*, Hotoman. *Obs.* VI. 15. Basil. nihil mutant.

Damnationem fieri,] Et tamen nihil vetat, respectum

ha-

habere dignitatis in singulis. §. 4. *Inst. h. t.* add. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 7. *Lit. b. c. p.* 1130. (1). Nec pugna hic est: quod vult Cujac. et Jan. a Costa, *ad d.* §. 4. *Inst.*

(1) Add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 21. et Walch. *ad Hopp. Comm. ad d.* §. 4. *Inst.* Late de his locis Voorda, *Interpr.* I. 18. quocum tamen non facit Pothier. *h. t. num.* 58.

L. XVII.

Ulpianus Lib. LVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 15. *h. t.*

§. 1.

Si jussu tutoris, aut procuratoris, etc.] Sunt enim pro dominis. (1).

(1) In seq. §. 2. Cujac. *ad L.* 12. *de Jurisdiction. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. prior. p.* 96. pro *a Magistratu nostro*, legit: *a magistratu municipali.* Sequitur: *dominum ejus agere posse*, scil. Lege Aquilia: quae verba hic deësse, putat Hotoman. *Obs.* VII. 10. Denique pro *quia de damno* etc. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 5. §. 10. *p.* 30. legi vult: *qua*, scil. actione, *de damno* etc.

§. 3.

Quaedam injuriae etc.] Videntur haec indicare, et hic olim Edictum extitisse de injuriis a servis admissis.

Levis nonnullius *momenti videntur.*] Bona haec Lectio (1).

(1) *Levis et nullius momenti*, Vulg. Hal. Vid. D. Goth. *in not.* Charond. *Levis non ullius.* Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 22. *p.* 134. qui etiam nihil mutandum censet, et quem laudat quoque Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. ex Tit. de injur. p.* 158.

§. 5.

Ut ille modum verberum imponat.] Vid. et Paul. *Sent.* V. 4. *in fin.*

§. 6.

§. 6.

Non minus, quam si tempore abolita fuerit injuria.] Hinc colligunt, *satisfactionem* et *praescriptionem* in criminalibus pari passu ambulare. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 25. *Def. ult.*

§. 7.

Nec in omnia servus domino parere debet:] Vid. *L.* 11. §. 5. *h. t.* (1).

Ceterum, *et si occiderit* etc.] Id est, *alioquin* (2).

(1) Add. Forner. *Selection.* I. 27. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 59.

(2) Add. Noodt. *Obs.* II. 14.

§. 11.

Nam et hic pater ejus absentis loco est.] D. Goth. *in not.* „Imo, non est. *L.* 2. §. 1. *de procurator.*" Non obstat. Vid. *ibid.*

§. 12.

Magis est, ut filio actio non detur:] Ergo vindicta injuriae filio illatae patri competit. Fab. *Cod.* VIII. 55. *Def.* 2.

§. 13.

Interdum tamen putamus, etsi pater remittat, injuriarum actionem filio dandam:] Ex aequo et bono.

Neque enim debet pater vilissimus etc.] D. Goth. *in not.* „Patrem, si vilis persona sit, etc." Inepte.

Ad suam utilitatem *metiri.*] *Vilitatem*, ed. Flor., quod hic non fuerat mutandum (1). De re ipsa Quinctil. *Declam.* 265.

(1) Idem monet quoque Rucker. *in not. MSS.* Add. P. Fab. *Semestr.* I. 10.

§. 15.

§. 16.

Procuratorem patris praetulit Praetor etc.] Qui est loco domini.

§. 17.

Segnitior] D. Goth. in not. „ Segnior, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Rectius. Vid. Duker. ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p. 380. not. 1. et Brenem. h. l. qui tamen agnoscit, MSS. cum Florentina facere.

§. 19.

Verum procuratorem dare posse:] Quoque dare, Rob. Steph. (1).

(1) Verum etiam procuratorem etc. Hal. Vid. D. Goth. in not.

§. 22.

Quotiens nemo est, qui patris nomine experiatur,] Vid. §. 10. h. l.

Et hoc casu quasi patremfamilias constitui:] Fictione quadam.

L. XVIII.

Eum qui nocentem infamavit,] Quod quomodo vulgo accipiatur, vid. apud Mev. Decision. Part. III. Dec. 557. et Part. V. Dec. 589.

Non esse bonum aequum, ob eam rem condemnari,] Vid. Plaut. Curcul. IV. 2. Vs. 27. Horat. Sermon. II. 1. in fin. Et hoc generaliter accipio cum Jac. Gothofred. ad L. 1. Cod. Theod. de famos. libell. et Matth. de Criminib. XLVII. 4. Cap. 1. num. 7. (1). Dissentiunt alii varie. Vid. Gail. Obs. II. 99. Sutholt. Diss. XVI. num. 59. Huber. in Prael. ad h. t. Inst. num. 1. in fin. Sand. Decision. V. 8. Def. 8. (2).

(1) Etiam Wissenbach. in Disp. ad h. t. Pand. §. 16.

(2)

(2) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 9. Bronchorst. *Enantiophan. Cent.* IV. *Adsert.* 77. Zach. Huber. *Obs. rer. judicat. Part.* II. *Obs.* 40.

§. 2.

Quanti condemnetur,] *Condemnarentur*, Rob. Steph. (1). et ita mox.

Quod sua cujusque injuria propriam aestimationem haberet:] Facit huc *L.* 30. §. 1. *h. t.*

Quod et vir in suo nomine agat.] *In* abest apud Rob. Steph. (2).

(1) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*
(2) Etiam apud Hal. Vulg. Rehd. add. Pithoei, *Excerpta*, in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 354.

§. 3.

Et ideo injuriarum *habeo.*] D. Goth. *in not.* „*actionem* addit Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. Sed non opus. (1).

(1) Praecedit: *injuriam eum* mihi *facere velle.* ubi vocem *mihi* abundare videri, notat van de Water: quoniam constat eum injuriam facere voluisse, at non mihi: atque ita Interpretem Graecum Basilic. [*Tom.* VII. *p.* 494.] hunc locum cepisse, vel legisse videri, licet Fabrottus in versione perperam τὸ *mihi* addat, quod in graeco non reperitur. — Ad verba: *per personae putationem*, in seq. §. 4., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* p. 384. *not.* 13. Conrad. *Parerg.* p. 546. Best. *de Ration. em. Leg. Cap.* 1. §. 4. *num.* 4. *p.* 19.

L. XIX.

Gajus Lib. XXII. *ad Edictum Provinciale.*] Junge *L.* 12. *h. t.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 20. vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 235. et D. Goth. *in not.*

L. XXI.

Sed ad id, quo facta est, etc.] Vid. *L.* 138. §. 1. *de reg. jur.*

L. XXII.

Ulpianus Lib. I. *ad Edictum Praetoris.*] Junge *L.* 1. *de fugitiv.* (1).

(1) Add. Labitt. *in Usf. Indic.* Cap. 3. §. 37. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 60.

L. XXIII.

Paulus Lib. IV. *ad Edictum.*] Pertinet ad Tit. *de in jus vocando* (1).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de in jus voc.* §. 1. et Idsinga, *Varior. Cap.* 8. *p.* 58. qui pro *vocati* forte legendum putat: *vocandi.* Sed. vid. Arntzen. *Diss. ad L.* 2. *de in jus voc. Cap.* 3. *p.* 279.

L. XXIV.

Ulpianus Lib. XV. *ad Edictum Praetoris.*] Ubi egit *de hereditatis petitione.*

Injuriarum experiri potest.] Facit huc *L.* 25. *de actione emt. vend.* Ad minuendum dolorem imminutae libertatis. Facit huc Cicer. *pro Caecin. Cap.* 12.

L. XXV.

Idem Lib. XVIII. *ad Edictum.*] Ubi egit de *Lege Aquilia.*

Aut si celavit mancipium, etc.] Hic duo sunt facta. Facit huc *L.* 82. §. 2. *de furt.* (1).

(1) Praecedit: *si stuprum serva passa sit*, etc. *Stuprum* hic late accipi, uti et a Paulo, *in Sent.* II. 26. §. 16. quum stricte *stuprantur* liberae, ancillae *comprimuntur*, *L.* 25. *Cod. ad L. Jul. de adulter.* observat Rucker. *in not. MSS.* add. Schulting. *ad Paul. Sent. d. loc. not.* 50. Sequitur: *etiam L. Aquiliae actionem competere*, etc. Vid. Paul. *Sent.* I. 13. *a.* §. 6.

L. XXVI.

L. XXVI.

Paulus Lib. XIX. ad Edictum.] Junge *L.* 14. *de servi corrupt.*

Si quis servum meum, vel filium ludibrio *habeat*,] De *stupro* accipit Muret. *Obs. Cap.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 158.] quod non probo.

Si aleam *luserit.*] Sic et Juvenal. *Satyr.* VIII. *Vs.* 10. (1).

(1) Et Sueton. *in August. Cap.* 70. add. Pithoei, *Excerpt.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 354. *Alea*, Vulg. Hal. Vid. Brencm. *h.* qui ita legendum censet. Sed non opus.

L. XXVII.

Idem Lib. XXVII. *ad Edictum.*] Ubi tractavit de *religiosis.*

Saxis caesa est,] Animo injuriae faciendae (1). add. Quinctil. *Inst. orator.* IV. 2. [*p.* 543. ed. Burm.] ibiq. Turneb.

Sepulcri violati agi non posse,] Aliud in casu *L.* 2. *de sepulc. viol.*

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. Aliter Pothier. *h. t. num.* 28. Vid. et de la Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1498. *seq.* et Suarez. *Comm. ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 7. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 107. *seq.*

L. XXVIII.

Ulpianus Lib. XXXIV. *ad Sabinum.*] Agens forte *de restituenda dote*, et actionibus inde quaesitis.

L. XXIX.

Paulus Lib. X. *ad Sabinum.*] Ubi et de *injuriis* egit. — Junge *L.* 31. *h. t.*

L. XXX.

Ulpianus Lib. XLII. *ad Sabinum.*] Ubi de *injuria* tractavit. — Junge *L.* 32. *h. t.*

§. 1.

Non eadem utique facienda aestimatio est.] Facit huc *L.* 18. §. 2. *h. t.*

L. XXXI.

Paulus Lib. X. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 29. et 33. *h. t.*

L. XXXII.

Ulpianus Lib. XLII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 30. *h. t.*

Id est, qui sine imperio aut potestate sunt magistratus,] *Municipales:* de quo alibi (1). add. Goris, *Adversar.* *p.* 336. *seq.*

(1) Vid. notata superius ad *L.* 5. §. 1. *de offic. ej. cui mand. est jurisd.*

L. XXXIII.

Paulus Lib. X. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 31. *h. t.*

Quod Reipublicae venerandae *caussa* etc.] *Vindicandae* dudum conjeci, et sic edit. Rob. Steph. (1). add. seqq. Facit huc *L.* 1. §. 4. *deposit.* Fab. *de Errorib. Pragm.* *Dec.* 77. *error.* 5.

(1) Etiam Budaeus, *in Annotat. ad h. l.* Malam versionem dicit Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 498.

L. XXXIV.

Gajus Lib. XIII. *ad Edictum Provinciale.*] Ubi de *furti actione noxali* egit. (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 9. *de jurisdiction.*

L. XXXV.

Praetor *acriter exequi hanc rem debet,*] Sed is non

potest hoc efficere. *L.* 1. §. 7. *de offic. Praef. urb. L.* 1. §. 8. *de susp. tutor.* Faber, *Conject.* IV. 8. legit: *Praefectus.* Sed Noodt. *Probab.* I. 6. intelligit *magistratum majorem.* (1).

(1) Aliter Waechtler. *Opusc. p.* 207. et aliter rursus Jac. Lectius, *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 127.

L. XXXVI.

Julianus Lib. XLV. *Digestorum.*] Ubi de hac materia egit.

L. XXXVII.

§. 1.

Etiam ex Lege Cornelia injuriarum actio civiliter moveri potest,] Vid. *L.* 42. §. 1. *de procurator.* (1). Fieri hoc *Praetoria actione*, putat Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 6. *Lit. f. p.* 1122.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 8. *not.* 20.

L. XXXVIII.

Ne quis imaginem Imperatoris etc.] Infeliciter Raevard. *Conject.* II. 6., recte notatus a Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de his qui ad stat. confug.* [*Tom.* III. *p.* 586.] (1). Facit huc *L.* 28. §. 7. *de poen.*

(1) Add. Pothier. *h. t. num. ult.*

L. XXXIX.

Vestem sordidam etc.] Vid. *L.* 15. §. 27. *h. t.* (1).

Nisi ita conjunctus est adfinitate,] Quam et pro *cognatione* sumit. Sic et Cicer. *ad Quirit. post redit. Cap.* 5. et *post redit. in Senat. Cap.* 15. Ciceronis tempore modus hic excessus teste ipso *in Orat. post redit. ad Quirit. Cap.* 3. et Plutarch. *in ej. vit.*

(1) Add. Torrent. *ad Sueton. in Vitellio, Cap.* 8.

L. XL.

L. XL.

Macer Lib. II. *Publicorum judiciorum.*] Junge *L.* 63. *de furtis.*

Nec prodesse tibi debet error Praesidum,] Facit huc *d. L.* 63. (1).

(1) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de his qui not. infam.* Vs. *Ut igitur quis* etc. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Aemil. Macr. de Public. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 96. *seq.*

L. XLI.

Non est impediendus, quo minus duobus *judiciis* etc.] Non obstat *L.* 7. § 5. *h. t.* (1).

(1) Ad quam vid. notata.

L. XLII.

Judici ab appellatoribus etc.] Vid. Goris, *Adversar. p.* 350. *seqq.*

L. XLIII.

Aut ordinis amotionem patiatur.] *Patitur*, Rob. Steph. add. Paul. *Sent.* V. 4. §. 11.

L. XLIV.

Si inferiorum dominus aedium, etc.] Vid. Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* V. *Cap.* 3. *num.* 8. 9. 27. (1).

(1) Add. Ludov. Vital. *Lect. variar.* II. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 668.

L. XLV.

De injuria nunc extra ordinem etc.] De levi id cum fructu vix tentabitur. Facit huc *L.* 56. §. 1. *de furt.* Posse tamen id tentari, admitto, et eatenus sequor Matth. *de Criminib.* XLVII. 4. *Cap.* 2. *num.* 7. Aliter Huber. *in Prael. ad h. t. Inst. num.* 7.

Et servi quidem, flagellis caesi, dominis restituuntur:]

Nisi admissum sit gravius. Paul. *in Sent.* V. 4. §. *ult.* (1).

Liberi vero, humilioris *quidem loci*, etc.] Flor. *umilioris.* (2).

Vel interdictione certae rei *coërcentur* (3).] V. c. *artis.* Exemplum *interdictae urbis* apud Lucian. *de Mort. Peregrin. p.* 571.

(1) Ubi vid. Cujac. *not.* 89. add. notata inferius ad *L.* 10. *pr. de poen.*
(2) Add. Pothier. *Tit. de extraord. crim. num.* 9.
(3) Graecos hic quaedam addere ex jure posteriore, notat Leunclav. *Notator.* II. 105. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1526. Explicuit hanc Legem Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 875. *seqq.*

TITULUS XI.

DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBUS.

Vid. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. expilat. heredit.* — De his Leges nullae, nec certi magistratus, qui ex iis cognoscerent, quales alioquin adhuc hoc tempore erant (1). Salmasius, *de Modo Usur. Cap.* 3. *p.* 113. vult, haec fuisse *majoris abollae* facinora: quod non probo. — De his criminibus persecutionem esse omnium ex populo, putat Thomas. *Diss. de abigeatu*, §. 10. *seqq.* quod non putem esse generale (2). — Dividunt DD. crimina in *nominata* et *innominata.* Inepte. Vid. Matth. *de Criminib. in Proleg. Cap.* 4. *num.* 13.

(1) De Judiciis criminalibus Praefecti urbis majorumque potestatum, deque differentiis inter haec et ea, quibus praeerant Praetores, Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 7. *num.* 2. *et* 3. — Crimina extraordinaria quaenam, et an privata fuerint omnia? Joh. Lud. Hag. B. de Wassenaer. *ad Tit. Pand. de Colleg.* *et*

et Corporib. Cap. 6. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 439. *seqq.*

(2) Add. Cujac. *Obs.* VIII. 33. et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 1.

L. I.

Sollicitatores alienarum nuptiarum,] *Alii desponsatarum* exponit Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de rapt. vel matrim. sanctim.* (1).

Itemque matrimoniorum interpellatores,] D. Goth. *in not.* „*Interpellator* est, etc." Ex Cujacio, *ad Paul. Sent.* V. 4. [§. 5. *not.* 11.]

(1) Schulting. *ad loc. Paul. cit. sollicitatores alienarum nuptiarum* intelligit, qui sponsas, quarum nuptiae aliis promissae sunt, sollicitant: et *interpellatores matrimoniorum*, qui uxores alienas a viris avellere, sibique habere conantur.

§. 1.

Coeno, luto oblinuerit,] Plura talia apud Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 367. *seq.* (1).

Aquas spurcaverit,] Senec. *Nat. Quaest.* III. 20. *aquae corruptae per injuriam.* Tertullianus, *ad Praxeam*, *Cap.* 29. vocat *fluvii injuriam.*

(1) Add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1306. Otton. *de Tutel. viar. Part.* III. *Cap.* 11. *p.* 568. Conrad. *Parerg. p.* 544. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 13. *not.* 50.

§. 2.

Qui puero (1) *stuprum*, etc.] Vid. Paul. *Sent.* V. 4. §. 14.

Aut mulierem puellamve interpellaverit,] Vid. Paul. *Sent. d. loc.* (2).

Quidve impudicitiae gratia fecerit,] Huc facit inhonesta contrectatio. Matth. *de Criminib.* XLVII. 4. *Cap.* 2. *num.* 6.

Donum *praebuerit*,] Δῶρα, Basilic. (3).

Quo is persuadeat,] *Id*, Paul. *in Sent. d. loc.* rectius. (4).

Corrupti comites summo supplicio (5) *adficiuntur.*] Facit huc Val. Maxim. VI. 1.

(1) *Praetextato* additur apud Paul *in Sent. d. loc.* quod omisit Tribonianus. Vid. Schulting. *ibid. not.* 53.
(2) Ibiq. Schulting. *not.* 56.
(3) Apud Paul. *loc. cit.* legitur: *domum praebuerit*, quod praefert Schulting. *ibid. not.* 58. add. Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 8. *p.* 38. et *Adversar. Jur. univ. Lib.* II. *p.* 228. Sed *donum* habere *Codicem MS. Bibl. Batav. Paul. Sent.* notat Roever. *Diss. ad loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap.* 6. *in fin.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 160. eamque lectionem cum Ant. Augustino sequitur.
(4) Sequitur: *perfecto flagitio punitur capite.* Vid. ad haec verba Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4. et *in Emblem. Tribonian. Cap.* 7. *p.* 143. *seq.* et Wybon. *in Tribon. defens. p.* 378. *seq.*
(5) *Crucem* Paulum intellexisse, censet Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 61.

L. II.

Ulpianus Lib. IV. Opinionum.] *De Officio Proconsulis*, Freher. II. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 919.] (1).

Coetus illicitos] Christianos respici, vult Freher. *d. loc.* Sed unde probabit? (2).

(1) Sed vid. Noordkerk. *Obs. Cap.* 1. *p.* 13. et Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* II. §. 8.
(2) Add. Bynkershoek. *Diss.* II. *de Religion. peregrin.* Vs. *Quamvis autem* etc. Pro *vel sub specie*, in praec. verbis, Nic. Catharin. *Obs.* III. 44. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 789. legi vult: *veluti sub specie.*

L. III.

Idem Lib. III. *de adulteriis.*] Conjungerem cum *L.* 4. *de accusation.* nisi obstaret inscriptio: inde tamen exponi potest.

L. IV.

L. IV.

Quae data opera abegit,] Ab ancillis et inopia presſis id ſaepe committi, ait Dion. Chryſoſt. *Orat.* X. *p.* 237. Olim et ad formam ſervandam. Ovid. *de Nuce*, *vs.* 23. Juvenal. *Sat.* VI. *vs.* 594. *ſeqq.* Senec. *de Conſolation. ad Helv.* *Cap.* 16. Quinctilian. *Declam.* 277. Olim impunitum (1). Athenag. *in Apolog. pro Christian. p.* 38. (2). Tertullian. *Apolog. Cap.* 9. et *de Virgin. veland. Cap.* 14.

In temporale exilium dandum:] Diſtinctio, an ſit informis, an non, de qua alia occaſione Philo Jud. *de Special. Legib.* II. *p.* 612., huc non pertinet; etſi de ea Noſtri agant, uti Matth. *de Criminib.* XLVII. 5. *Cap.* 1. *num.* 2. Wisſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 5. (3). Carpzov. *Defin. Forenſ. Part.* IV. *Conſt.* 4. *Def.* 1. *ſeqq.* Stryck. *de Jur. Senſ. Disſ.* VI. *Cap.* 4. *num.* 36. Romani fetum non conſiderant ut hominem. *L.* 9. §. 1. *ad L. Falcid.* add. Freher. *Parerg.* I. 17. [in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 883.] et Noodt. *in Jul. Paul. Cap. ult.* (4).

Indignum enim videri potest, etc.] Vid. *L.* 39. *de poenis*, et huc referenda *L.* 8. *ad L. Cornel. de ſicar.* (5).

(1) In muliere nupta id negat Bynkersh. *Opusc. de Jur. occid. liber. Cap.* 7. Sed vid. Noodt. *Amic. reſponſion.* §. 30. et F. G. Boers. *de Anthropol. JCtor. Roman. Sect.* 3. in Nov. Theſ. Disſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 131 *ſeqq.*

(2) Alia etiam loca Veterum Scriptorum citat Jac. Gronov. *ad quatuor Fragm. ex Marcian. Lib.* I. *regul.* in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 649. *ſeqq.* ubi hanc Legem explicuit.

(3) Etiam Westenberg. *ad Tit. Pand. de ſtat. hom.* §. 6. *ſeqq.*

(4) Vid. et Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de ſtat. homin.* §. 1. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 137. ibiq. Walch. Gluck. *ad Tit. de ſtat. homin.* §. 114. *p.* 59. *not.* 38. *et* 39.

(5) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 24. §. 7. *not.* 15.

L. VI.

Annonam adtemptare et vexare etc.] Saepe hoc publicam securitatem concutit. Herodian. I. 12. 9. et passim auctores. *Vexare*, quid, Gell. *Noct. Attic.* II. 6.

Vel maxime *Dardanarii solent:*] Interdum et alii. De his Cujac. *Obs.* X. 19. Broïd. *ad Pollet. Histor. For. Rom.* I. 1. Turneb. *Adversar.* IX. 17. (1).

Praeterea debebis custodire, etc.] Huic rei olim Romae prospexere Consules. Plin. *Histor. Nat.* XXXIII. *in fin.*

Qui fructus suos aequis pretiis vendere nollent,] *Nolunt*, Rob. Steph. (2).

(1) Add. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* in voc. et Did. Schagen, *Diss. de Re frumentar. Cap.* 6. §. 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* III. *p.* 207. *seqq.*

(2) Etiam Hal. Sequitur: *ne annona oneretur.* Ubi *ne* abundare, et abesse ab omnibus editis, quamvis non aeque a scriptis, notat Brencm. *h.* Retinet Jauch. *de Negation. p.* 128. — De *edicto D. Trajani*, cujus mentio fit in seq. §. 1., vid. Bach. *in Trajan. p.* 9. *seq.* add. Otton. *de Aedil. Colon. et Municip. Cap.* 10. *p.* 347. *seqq.*

L. VII.

Saccularii, etc.] De *Sectoribus Zonarii* et *Sacculariis* Langl. *Semestr.* VIII. 4.

Sed hoc puto ad eos demum pertinere, qui vel civitatem, vel libertatem amiserunt.] Ergo alii, quamvis jam infames, accusare possunt suos accusatores (1).

(1) Add. Pothier. *Tit. de accusation. num.* 7.

L. VI.

In quacunque causa etc.] *Quicunque in causa*, Muret. *Obs. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 153.]

Debet is *cognoscere*,] *Debuit cognoscere*, Muret. *d. loc.*

Cu-

Cujus *de pecuniaria re* etc.] *Ejus de pecuniaria re* etc. Muret. *d. loc.* Male omnia, et contra *L.* 1. *et* 2. *Cod. ubi causs. fiscal.*

L. VII.

Sed ex eo, quod judicii publici caussam habuit:] Facit huc Cicer. *pro Balbo*, *Cap.* 14. et *pro Cluent. Cap.* 4. (1).

(1) Add. Jac. Lect. *ad Aemil. Macr. de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 98.

L. VIII.

Ordo exercendorum publicorum etc.] Quae Goth. *in not.* habet, depromta sunt ex Brisson. *Sel. Antiq.* II. 1. — Apud Praetores aliosque, qui ex Legibus quaerebant, a quibus Principum et Senatus Populique judicia diversa: Quinctil. *Inst. Orator.* III. 10.

Durante tamen poena Legum,] De quibus poenis Paulus *Librum Singularem* edidit. Vid. *L.* 2. *ad SCtum Turpil.*

Cum extra ordinem crimina probantur.] Apud illos, qui ex Lege cognoscunt, Praetores, de quibus *L.* 2. §. 32. *de orig. jur.* Aliud in illis, qui extra ordinem cognoscunt (1). *L.* 13. *de poenis.*

(1) Praefectus urbi, aliique Magistratus majores. Sic etiam has Leges conciliat Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 7. §. 3. Alii aliter. Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 12. §. 12. *not.* 50. et *Obs.* VIII. 33. Scip. Gentil. *de Jurisdiction.* III. 31. *seqq. Oper. Tom.* II. *p.* 317. *seqq.* Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de poen.* §. 21. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 4. *num.* 6. Voet. *ad Tit. Pand. de poen. num.* 3. *seq.* — Ad seq. *L.* 9. vid. Burgium, *Elector. Cap.* 15. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 335. *seq.*

L. X.

Inter accusatorem et reum cognitione suscepta etc.] Ergo *lite contestata.* Cujac. *Obs.* XX. 11. (1). In quo labi-

bitur Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 11. *num.* 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1134.] et sibi contradicit, *ibid. num.* 4.

Nec *per triduum* etc.] D. Goth. *in not.* „Al. *ne.*" Recte, et sic Basilic. eorumque Schol. add. Herald. *loc. modo cit. num.* 4. *Per triduum. Per trinundinum*, citat (2) Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 9. *num.* 3. *Per trinundinum* explicat Cujač. *loc. modo laud.* Sic Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. tertiis diebus* exponit: *trinundino.* (3).

Per singulos dies ter.] A mala manu haec esse, putat Herald. *loc. modo cit. num.* 4. Habent tamen haec Basilic. eorumque Schol. *Tom.* VII. *p.* 544. *et* 551.

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 11. et Pothier. *Tit. de accusation. num.* 27.
(2) Et legit van Eck. *ad Tit. Pand. de requir. reis.*
(3) Sed vid. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 29.

L. XI.

Maecianus *Lib.* X. *de Judiciis Publicis.*] *Martianus*, Al. Male. (1).

Servus etiam per procuratorem domini etc.] Ratione enim domini debet judicium pro *civili* haberi.

(1) Add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 5. et Jac. Gothofred. *de Imperio maris*, *Cap.* 2. *Oper. Minor. p.* 70.

L. XII.

Tam Clarissimos Viros,] *Consiliarios* videtur intelligere (1).

(1) Sic etiam Pothier. *Tit. de accusation. num. ult.* Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 144. *seq.* Pro *adhiberi debere*, quod sequitur, Vulg. habet: *adhibere debere*, quod praefert Brencm. *h.* et van de Water, *in not. MSS.*

L. XIII.

L. XIII.

§. 1.

Ad crimen judicii publici persequendum frustra pracurator intervenit:] Vid. Paul. *Sent.* V. 5. §. 9. et V. 16. §. 11. D. Goth. *in not.* „Imo, recte intervenit. *L.* 5. *Cod. de accusation.*" De *capitalibus* tantum loquitur. (1).

Sed excusationes absentium etc.] Vid. *L.* 10. *h. t.*

Et si justam rationem habeant, sententia *differtur.*] Proprie dicta, non qua recipiuntur in reos, ut vult Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 11. *num.* 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1134.]

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de procurator.* §. 6. Late hac de re Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 4. add. Wisfenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 12. et *ad Tit. de procurator.* §. 18. Lyclam. *Membran.* II. 11. Voet. *ad Tit. Pand. de procurator. num.* 14.

L. XIV.

Praeses Provinciae patrem etc.] D. Goth. *in not.* „Forte legendum: *patrem.*" An non sic legitur? (1).

(1) Sed aliae editt. Goth. perperam habent: *partem.* Pro *vindicaretur*, in fin. Legis, Charond. recte legere: *vindicaret*, notavit van de Water. Sic etiam Vulg. Vid. Breucm. *h.*

TITULUS II.

DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

De accusationum ritu Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de publ. judic.* ubi notat, *accusationem* apud auctores inferioris aevi dici *propositionem.* — De illarum utilitate vid. Plutarch.

tarch. *in Solon. p.* 88. Accusatores *Legum custodes* vocat Tiberius apud Tacit. *Annal.* IV. 30. De iis et praemiis eorum Pollet. *Hist. For. Rom.* IV. 2. (1). — De *in* et *subscriptionibus* Hotoman. *ad Cicer. Divination. Cap.* 15. Scip. Gentil. *ad Apulej. Apolog.* [*Oper. Tom.* VI. *p.* 10.] Salmas. *de Modo usur. p.* 108. *seqq.* (2).

(1) Add. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap.* III. 10. Bach. *in Trajan. p.* 77. *seqq.* Conft. Jac. van Renesse, *Diss. de Coërcitione accusatorum*, *Cap.* 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 563. *seqq.*

(2) Add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 6. *num.* 2. *seqq.* Brencman. *de L. Remm. exitu*, *Cap.* 9. *et* 21. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1598. et *p.* 1632. *seqq.* van Renesse, *Diss. modo laud. Cap.* 2.

L. II.

In quos ex Lege testimonium publicorum etc.] *Publicorum testimonium* malim (1).

(1) Sic et Brisson., *Sel. Antiq.* IV. 7. M. Temminck. *Diss. ad Fragm. quaed. L. Jul. de judic. Cap.* 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 95. Pothier. *h. t. num.* 4. Sed Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 5. §. 10. *p.* 31. legit: *testimonia jud. publicorum*, id est, *judiciorum publicorum:* et etiam sine transpositione commodum haec praebere sensum, probare conatus est Vir Doctus, *in Obs. Miscellan. Vol.* II. *p.* 144.

§. 1.

Pupillis ex consilio *tutorum* etc.] Sic Paul. *in Sent.* V. 12. §. 4. et *auctoritate:* quod constat hodie post *L.* 4. *Cod. de auct. praest.* Scip. Gentil. *in Apulej. Apolog. not.* 59. [*Oper. Tom.* VI. *p.* 14. *seq.*] (1).

Nam de patris quidem testamento etc.] Vel quaedam excidere, vel τὸ *nam* delendum, et legenda praecedentia conjunctim (2).

Sed quasi *non exhibeantur tabulae*, etc.] Al. *sed et*

si

si (3). Cujacius, ad *Papinian. Libb. de adulteriis in expl. h. l. sed si non.* Basil. ἐὰν δὲ μὴ.

(1) Vid. ad haec verba *Obs. Miscellan. loc. modo cit. p.* 145. *seq.*
(2) Vir Doctus, *in Obs. Miscellan. d. loc. p.* 146. *seq.* sub verbis: *lege autem testamentaria*, subintelligendum putat: *non agunt*, aut simile quid. Pothier. *h. t. num.* 5. supplet: *idem probatur.* Jo. Cannegieter. *loc. modo laud.* legit: *lege allegata testamentaria*, putans, errorem ortum esse ex Notis. Van de Water, *in not. MSS.* etiam haec prioribus jungit, sed legit: *Lege Cornelia testamentaria.*
(3) Sic Hal. Vid. Geb. *h.* Malam versionem dicit Jens. *Strictur. p.* 501.

L. III.

Libellorum inscriptionis etc.] Hos inductos Lege Julia, putat Menard. *ad Cicer. act. in verr. Cap.* 2. Faciunt huc sequentia. — Diversi ab illis, quibus quis crimen tantum indicat. Pollet. *Histor. For. Rom. p.* 484. Graecis προωμοσίας, vel ἀντωμοσίας. Diogen. Laërt. *Socr. num.* 40. ubi Comm. Hanc ergo a *subscriptione* differre, vult Salmas. *de Subscrib. et sign. testam. Cap.* 20. *p.* 214. *seqq.*

Apud illum Praetorem, etc.] Vid. Brummer. *ad L. Cinciam*, *Cap.* 6. *p.* 69. *seq.* Late de hac formula Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 6.

Neque autem diem, neque horam invitus comprehendet.] D. Goth. *in not.* „Nisi forte per omissionem diei reo inferretur laesio." add. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 42. *Def.* 6. (1). Sed hic agimus de libello tantum: cum ad ipsam actionem ventum erit, dubio procul de hoc quaeretur. (2).

(1) Et Voet. *h. t. num.* 2.
(2) Add. Matth. *loc. cit. num.* 6. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 14.

§. 1.

§. 1.

Quodsi libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, etc.] D. Goth. *in not.* „Quaero, an ad formam libelli necesſario conclusio requiratur? etc." Jure civili id non opus, et cum ex Lege quis defertur, Judices et Praetores de facto cognoscunt, Lex poenam dictat. *L.* 1. §. 4. *ad SCtum Turpil.* (1).

Rei nomen aboletur,] De quo recipiendo, in album referendo, et ad aerarium referendo, et abolendo, quaedam Pollet. *Hist. For. Rom.* IV. 7.

(1) Add. Matth. *de Criminib. loc. cit. num.* 7. et Wissenbach. *loc. modo laud.*

§. 2.

Item subscribere debebit is, qui dat libellos, etc.] Saepe et alii permittente magistratu. Cicer. *Divination. in Q. Caecil. Cap.* 16. et *in Verrem*, I. 6. add. Pollet. *Hist. For. Rom.* IV. 2. *p.* 436. (1). — Hoc autem solum ad poenam calumniae obligasse, censet Cujac. *Obs.* I. 20.

(1) Sequitur, *vel alius pro eo, si literas nesciat.* Hoc illustrat Henr. Brencman. *de L. Remm. exitu, Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1577.

§. 3.

Sed et si aliud crimen objiciat, etc.] Ad eandem Legem pertinens (1).

(1) Ad verba: *quod pretium pro comperto stupro acceperit*, vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 7.

§. 4.

Aliave quae causa ei impedierit,] D. Goth. *in not.* „*eum*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

Nomen rei aboletur,] Olim et si accusator die praescripto abesset. Cicer. *in Verrem*, II. 40. Pollet. *Hist. For. Rom.* IV. 8. *p.* 495. *seq.* (1).

(1)

(1) Sequitur: *et utique triginta dies* etc. Perperam a nonnullis huc referri locum Suetonii, *in August. Cap.* 32. notat *ibid.* Graev. *p.* 215. edit. Oudendorp.

L. V.

Ceterum juste mulier nupta praescriptione *utetur.*] Vid. *L.* 33. *ad L. Jul. de adul.* add. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 5. *not.* 38. (1).

(1) De Rescripto D. Marci, cujus hic mentio fit, vid. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de his qui sui vel al. jur. sunt*, et Noordkerk. *Disq. de L. Petron. Cap.* 5. §. 15. *p.* 119. De inscriptione hujus Legis vid. Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 7. §. 1. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 254. Vulgo male rescriptum illud intelligi, censet Jens. *Strict. ad Pand.* *p.* 501. *seq.*

L. VI.

Levia crimina audire, etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 6. *num.* 9. et Langl. *Semestr.* VIII. 14.

Vel flagellis servos (1) *verberare.*] Vid. *L.* 10. *pr. de poenis.*

(1) Al. *caesos.* Vid. Brencm. *h.* Male. Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 230. Florentinam tueri Schol. Basilic., notat quoque Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 7. *in fin.*

L. VII.

Si cui crimen objiciatur, praecedere debet in crimen subscriptio,] Vid. *L.* 5. *Cod. Theod. h. t.* ibiq. Jac. Gothofred. Fuere tamen Leges, quae eam non requirerent, nec tamen calumniam non punirent. Vid. *L. ult. Cod. Theod. ad L. Cornel. de Sicar.* — *Subscriptio* ipsam *accusationem* notat apud Senec. *Consol. ad Marc. Cap.* 22. et *de Benefic.* III. 26. Arnob. V. *p.* 175. Hanc in foliis extraordinariis requiri, vult Perrenon. *Animadv.* II. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 640.] Male.

Cum sciat inultam sibi accusationem non futuram.] Vid. Cujac. *Obs.* I. 20. (1).

(1) Add. Brencm. *de L. Remm. exitu*, *Cap.* 21. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1635.

§. 2.

Hisdem criminibus, etc.] Vid. Paul. *Sent.* 1. 6. *b.* §. 1. ubi Cujac. (1).

Quibus quis liberatus est,] Quod quam diversis modis fieri possit, Quinctil. *Inst. Orator.* VII. 1. *p.* 508.

Non debet Praeses pati eundem accusari:] Contrarium videtur olim fuisse, etiam in eodem accusatore. Cicer. *pro Coelio*, *Cap.* 23. 31. 32. ubi Abram. et Cicer. *ad Q. Fratrem*, II. 6. forte ob *praevaricationem.* add. Cicer. *Partit. Orator. Cap.* 56. *Praevaricatio* huic rei locum facit. *L.* 3. §. 13. *de lib. hom. exhib.* Facit huc forte inscriptio apud Gruter. *p.* 509. 511. add. Quinctil. *Declam.* 354. ubi Advocatus absoluti rei eundem defert.

Sed hoc utrum ab eodem, etc.] Sic Athenis. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 2. *num.* 14. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1083. *seq.*]

Si is, qui nunc accusator exstitit, suum dolorem persequatur, etc.] Add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 270.] et Matth. *de Criminib.* XLVIII. 19. *Cap.* 2.

(1) Et Schulting., cum cujus ad hunc locum Ulpiani notatis omnino conferri meretur docte conscripta Dissertatio Viri Clar., aestimatissimi Collegae mei, H. G. Tydeman. *de Rebus judicatis non rescindendis*, ubi *Cap.* 12. *et seq.* de locis Ciceronis egit a Schulting. citt., et *Cap.* 14. *et seq.* de hoc loco Ulpiani.

§. 4.

Non posse revocare in Provinciam suam,] Facit huc *L.* 49. *pr. de judic.* (1).

(1) Ad seq. §. 5. vid. Voet. *ad Tit. de custod. et exhib. reor. num.* 1.

L. VIII.

Qui accusare possunt, intelligemus, si sciverimus, qui non possunt.] Omnes enim ordinarie possunt. add. Auctor. *ad Herenn.* I. 12. *in fin.*

Ut pupillus,] Non minor. *L.* 15. §. 6. *ad L. Jul. de adulter. L.* 14. §. 1. 2. *de bon. libertor.* (1).

Alii propter magistratum, etc.] *Majorem. L.* 2. *de in jus voc.* Non idem sub libera Republica, nec sub Tiberio. Tacit. *Annal.* III. 66. et IV. 19.

Alii propter turpem quaestum, ut qui duo judicia adv. duos reos etc.] Ob diversa crimina: aliter licet. *L.* 2. *Cod. si reus vel accusat. mort. fuer.* Obstat *L.* 12. §. 2. *h. t.* ubi vid. D. Goth. (2).

Alii propter conditionem suam, ut libertini contra patronos.] Imo et contra quemvis, si non habent HS. triginta millia. Papinian. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 5. (3).

(1) Add. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 4. *not.* 37. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 1. *num.* 3. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 16. Voet. *ad eund. Tit. num.* 4. Pothier. *h. t. num.* 1. Explicuit hanc Legem Jac. Lectius, *ad Aemil. Macrum de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 99. *seqq.*

(2) Add. Matth. *loc. modo cit. num.* 10.

(3) Ubi vid. Schulting. *not.* 41. add. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 147. *seq.*

L. X.

Ut sunt, qui minus quam quinquaginta aureos *habent.*] Etsi integrae famae. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13.

Cap. 1. *num.* 9. — Scripta forte olim alia summa HS. (1).
add. Salmaf. *de Foenor. Trapezet. p.* 640. *feqq.*

(1) Vid. Schulting. *ad Collat. LL. Mof. et Rom. Tit.* 4. §. 5. *not.* 41. add. Wisfenbach. *Embl. Tribon. Cap.* 7. *p.* 144. Wybon. *in Tribon. defenf. p.* 380. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exft. in Collat. LL. Mof. et Rom. p.* 149. *feq.* Pluribus Legem hanc explicuit Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 969. *feqq.*

L. XI.

Mortemve propinquorum defendant,] Id est, *vindicent. L.* 20. *de his quae ut indig. L.* 21. *eod.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 16. *not.* 76. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Aemil. Macr. de publ. judic.* in Thef. Otton. *Tom.* I. *p.* 103. *feqq.*

§. 1.

Liberi libertique non funt prohibendi, fuarum rerum defendendarum gratia, etc.] D. Goth. *in not.* „Atqui non posfunt reftitui adv. parentes etc." Alia res.

L. XII.

Hos accufare non licet: etc.] Vid. *L.* 38. *in fin. ad L. Jul. de adulter.*

Legatum Imperatoris,] In quo fcelerate egit Theodora, apud Procop. *Hist. arcan. p.* 74.

Id est, Praefidem Provinciae,] Haec delet Leonin. *Emend.* VII. 8. *num.* 10. perperam. — Exceptio *Nov.* 8. *Cap.* 8. add. Rittershuf. *ad Novell. Part.* II. *Cap.* 2. *p.* 135.

Ex fententia Lentuli dicta Sulla et Trione Confulibus (1).] Et jam ante hoc obtinuit. Jac. Gothofred. *ad L.* 6. *Cod. Theod. ad L. Jul. repetundar.* [*Tom.* III. *p.* 239.]

Item magiftratum Populi Romani,] Facit huc Dion Casf. *Lib.* LVII. *p.* 617. *Lib.* LIX. *p.* 656. *Lib.* X. *p.* 675.

p. 675. *et* 681. ubi constituit Claudius, ne quis post gestum magistratum ad alterum statim vocaretur. add. Varron. apud Non. Marcell. voc. *rapones.*

Dum non retractandae *legis caussa abest.*] D. Goth. *in not.* „*detrectandi leges* (2), Vulg. Hal." Malim: *detractandae legis*, et sic Brisson. *ad L. Jul. de adulter.* [*Oper. Minor. p.* 208.] (3). add. *L.* 15. §. 1. *ad L. Jul. de adulter.* Pro Florentina stat. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 10. *num.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1132.] (4).

(1) *Suffectis*, a. v. 784. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 11. add. Oudendorp. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 26. *p.* 394. et Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 6. *num.* 6. *p.* 46. De *Lentulo* Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 124. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1238. et Otto, *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 33. *seq.*

(2) Ita Hal. Vulg. habet: *retractandi leges*, et sic quoque Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

(3) Qui legit: *detractandi leges.* Pothier. *h. t. num.* 15. *detrectandae legis.* add. Trekell. ad Brisson. *loc. cit.*

(4) Add. Marckart. *Probabil. rec. Lect. Part.* I. *p.* 11. *seq.*

§. 2.

Ne eodem tempore de duobus *reis quis quereretur*,] *Tribus* legit Cujac. *Obs.* VI. 12. Vid. D. Goth. *in not.* Quod valde probarem, si Libri Veteres, vel Basilic. sinerent. Probat Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 1. *num.* 10. (1). Gravin. *de Orig. Jur.* III. 99. Aliter Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 240. *seq.*] (2).

(1) Etiam Jac. Lect. *ad Aemil. Macr. de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 102.

(2) Add. Voet. *ad h. t. Pand. num.* 10.

§. 3.

Si servus reus postulabitur, *eadem* (1) *observanda sunt*, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, non eadem. *L.* 16. §. 3. *de*

de poen." Non agit de ordine accuſandi, ſed de poena.

(1) Ne ſcil. accuſetur a muliere, pupillo, eove qui duos reos habet. Cujac. *Obs.* VI. 30.

§. 4.

Vel etiam capitis, quae ſervorum poenis non convenit, ſicuti relegatio.] Vid. ad *L.* 2. *qui et a quib. man. liber. non fiunt.* Male Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 1. *num.* 10. ſubaudit: *convenit.* Nec recte Muret. *Obs. Cap.* 2. [in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 154.] Aliter Cujac. *ad L.* 103. *de verb. ſign.* (1).

Sed cum natura est communis,] Add. Macrob. *Saturnal.* I. 11. (2).

Item Cornelia injuriarum ſervum non debere recipi reum, Cornelius Sulla auctor fuit:] An, quia *pecuniaria* fuit poena? Sic Matth. *de Criminib.* XLVII. 4. *Cap.* 2. *num.* 4. Sed id divinatorium est (3), et conf. *L.* 42. §. 1. *de procurator. L.* 37. §. 1. *de injur.* (4).

(1) Horum aliorumque interpretationes pluribus examinavit Auctor, *Obs. Jur. Civil. Cap.* 10. qui ipſe pro *quae ſervorum* legit: *quaeque ſervorum* etc. ut tres conſtituantur claſſes poenarum, quae in ſervos non cadunt: nempe *poena pecuniaria: poena capitis,* id est, qua contingit capitis deminutio: et poenae, quae tantum *hominibus liberis iisque honestioribus* conveniunt, ſicuti *relegatio.* Herm. Cannegieter. *Obs. Jur. Rom.* II. 8. *p.* 174. legi tamen mavult: *ſicut et,* vel *ſic et relegatio,* ſcil. *ſervorum poenis non convenit.* Rucker. *in not. MSS.* ait: „Quid ſi JCtus *capitis* poenam dixit, non quae capitalis ſit, ſed quae ad oppoſitionem pecuniariae poenae, ipſam perſonam, ipſum caput rei afficiat? unde dicit: *vel etiam capitis* (talis) *quae ſervorum poenis non convenit,* etc. Si per *capitis* poenam intelligimus *capitalem*, excipienda est mortis naturalis poena: quod durum et fere abſurdum."

(2) Praecedit: *quantum ad verba pertinet.* D'Arnaud. *Diſſ.*

Diss. de Jure Servor. Cap. 4. legendum putat: *quantum ad verba priora pertinet.* Sed sine caussa. Vid. H. Oosterdyk. *ad Fragm. Venulej. ex Libb. de Offic. Proconf. Cap.* I. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 459.

(3) Nec verum, juxta H. M. Vockestaert. *Diss. de L. Corn. Sulla Legislatore, Cap.* 7. §. 6. Lugd. Batav. 1816.

(4) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 8. *not.* 20. et Noodt. *ad Tit. Pand. de procurator.* Vs. *Primum caput* etc. in fin.

L. XIV.

Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus Legibus reus fieret.] Vid. Sueton. *in Tito, Cap.* 8. (1). Olim id videtur potuisse fieri, etiam a pluribus. Vid. Ascon. *Argum. Oration. Cicer. pro Milon.*

(1) Add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 3. *num.* 4. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 20.

L. XV.

Ulpianus Lib. LVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *L.* 4. *vi bon. raptor.*

Non debet cogi actor, etc.] Vid. ad *L.* 6. *de injur.*

L. XVI.

Si plures existant, qui eum (1) *in publicis judiciis accusare volunt,*] Vel *subscribere.* Pollet. *Hist. For. Rom.* II. 4. Vid. ad *L.* 3. §. 2. *h. t.*

Judex eligere debet etc.] Idem, qui caussae praeëst, sed non iidem semper in Consilio. Pollet. *d. loc.* IV. 2. *p.* 436.

Caussa scil. cognita aestimatis accusatorum personis, etc.] Vid. Brisson. *ad L. Jul. de adulter.* [*Oper. minor. p.* 210.] (2).

(1) *Reum,* Herm. Cannegiet. *Obs.* I. 20. *p.* 129. et van Vry-

Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 15. *p.* 74. *Eundem*; Jens. *Strictur. p.* 502.

(2) Add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 2. et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 11.

L. XVII.

Sistendum satisdato promittere debet.] Vid. *L.* 2. *tit. seq.* (1).

(1) Add. van Nispen. *ad Libb. Modestin. Different. Cap.* 7. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 62. *seq.*

L. XIX.

Non debere cogi heredes etc.] Non obstant, quae habet Goth. *in not.*

§. 1.

Item non oportere compelli accusatorem, plures reos facere, etc.] Vid. Cujac. *Obs.* XX. 17.

L. XX.

Ex judiciorum publicorum admissis non alias transeunt adversus heredes poenae bonorum ademtionis, etc.] Add. Mev. *Decision. Part.* V. *Dec.* 592. et Matth. *de Criminib.* XLVIII. 19. *Cap.* 3.

Quam si lis contestata,] Vid. *L.* 15. §. 5. *ad SCtum Turpil.* Olim dicebatur reus *Legibus interrogatus.* Pollet. *Hist. For. Rom.* IV. 8.

Et condemnatio fuerit secuta:] Ergo utrumque exigitur. Grivell. *Decis.* 6. Merend. *Controv. Jur.* XIII. 11. (1).

Nihil ex bonis suis alienare, etc.] Add. *L.* 31. *in fin. de donation.*

Licet non fuit condemnatio secuta.] Eo vivo. Sic suadet *L.* 33. *de oblig. et action.* Litis vero contestationem praecessisse sufficit.

(1)

(1) Ubi agit de hac Lege: de qua vid. et Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 133. *seqq.*

L. XXI.

Capitis reus, etc.] Non *damnatus.* *L.* 18. §. 2. *de jur. fisc.* (1).

(1) Add. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 10. *p.* 171.

L. XXII.

Quod etiam in militibus esse observandum, Optimi Principes nostri generaliter rescripserunt.] Add. *L.* 3. *pr. de re militar.* *Praescriptionem fori* militibus hic ademtam, redditam iis fuisse Constitutionibus Principum sequentibus, *L.* 1. *Cod. ad L. Cornel. de Sicar.* putat Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de exhib. et transmitt. reis.* [*Tom.* III. *p.* 30.] quod non video: ait tamen rursus eam deinde illis ademtam. Facit huc *L.* 9. *tit. seq.* Vid. et Voet. *de Jur. milit. Cap.* 7. §. 8. Sand. *Decision.* I. 1. *Def.* 4. (1).

(1) Add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 5. *num.* 3. et Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de judic.* §. 67. qui etiam alios laudat. Egit quoque ea de re H. Oosterdyk. *ad Fragm. Venulej. ex Libb. de offic. Proconf. Cap.* 2. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 476. quem vide.

TITULUS III.

DE CUSTODIA ET EXHIBITIONE REORUM.

De variis *custodiae* speciebus, Lips. *ad Tacit. Annal. Lib.* III. *Exc. b.* et *ad Senec. de Tranquillitate animi, Cap.* 10. (1). Matth. *de Criminib.* XLVIII. 14. *Cap.* 2. De *libera custodia* Langl. *Semestr.* VIII. 5. (2). — Non temere id olim factum. Facit huc *L.* 3. *h. t.* Herald. *de*

 Rer.

Rer. judic. auctor. I. 12. *num.* 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1136.] modo vades darent. Herald. *d. loc. num.* 4. et sic Athenis juris, ne rei nimis facile vexarentur, et in ignominiam inciderent, et res suas ut possent disponere. Herald. *d. loc. num.* 5. *seqq.* Excepti latrones, sicarii, nocturni fures, Liv. III. 58. seditiosi et proditores, Idem, XXV. 4. et XXIX. 9. in manifesto crimine, Cicer. *Orat.* II. *in Catilin. Cap.* 10. add. Herald. *loc. modo laud. Cap.* 13. ubi de perduellibus et similibus: de veneficis Liv. *Epitom. Lib.* XLVIII. (3).

(1) Etiam Casaubon. *ad Sueton. in Jul. Caesar. Cap.* 14.
(2) Add. Cort. *ad Sallust. Catilin. Cap.* 48. §. 3. in fin.
(3) Reus exhibendus, si fugiat, aut vi resistat, an possit ab apparitoribus impune occidi? Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 14. *Cap.* 1. *num.* 4. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 25. Voet. *ad eund. Tit. num.* 2. — In carcerem conjectus unde alendus. Matth. *loc. cit. Cap.* 2. *num.* 11. Wissenbach. *d. loc.* §. 28. Voet. *d. loc. num.* 11.

L. I.

An militi (1) *tradenda,*] Militaris libera custodia. *L.* 2. *Cod. de exactor. tributor.* Bynkersh. *Obs.* I. 2. add. Jac. Gothofred. *ad L. ult. Cod. Theod. de accusation.* (2). Nonnulli id commisere servis publicis. Plin. *Lib.* X. *Epist.* 30. (3).

Vel fidejussoribus committenda,] Exemplum antiquissimum apud Dionys. Halicarnass. *Lib.* X. *p.* 653. Liv. III. 13. add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 14. *Cap.* 2. *num.* 13. *seqq.* Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 28. *Thes.* 3. *Lit. a. p.* 910. *seqq.* (4).

(1) Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 31.
(2) Et Matth. *loc. cit. Cap.* 2. *num.* 1.
(3) Notavit hoc etiam Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 255.
(4) Additur in Lege: *vel etiam sibi.* De quo vid. Cujac. *in*

in Paratitl. ad h. t. Cod. et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 14.

L. II.

Ut sistendum vel ab extero satisdato promittatur:] Idem, si a domino. *L.* 17. *tit. praec.* (1).

(1) Ad seq. §. 1. vid. Cujac. *Obs.* XX. 12.

L. III.

Nisi si tam grave scelus admisisse eum constet,] Non ex sola confessione, ut vult Cujac. *ad Papin. Libb. de adulter. in expl. L.* 2. *h. t.* quod non evincitur ex *L.* 5. *h. t.* Olim autem non inquirebatur ordinarie in crimina, ut hodie. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 12. *num.* 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1156.]

Verum hanc ipsam carceris poenam etc.] Id est, molestiam, quae instar est poenae. Sic et Philostr. *Vit. Apollon. Tyan.* VII. 26. (1).

(1) Add. Jac. Lectium, *ad Aemil. Macrum, de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 94.

L. IV.

Si quis reum criminis, pro quo satisdedit, etc.] Id est, *fidejussit.*

Poena pecuniaria plectitur:] Non etiam facile ipse Judex, qui reum praestita cautione e carcere dimisit. Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 295. et 586. Vid. et Idem, *ibid. Part.* VIII. *Dec.* 86.

Ac ne *consuetudo ostenditur*, etc.] *Ac nec*, Noodt. *Obs.* II. 16. aut, *ac ne consuetudo quidem*, cum Charond. (1).

(1) Non opus. Vid. Marckart. *Interpr. rec. Lect.* I. 6. *p.* 42. De re ipsa vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 14. *Cap.* 2. *num.* 13.

L. V.

Si confessus fuerit reus, donec de eo pronunciaretur, etc.]

etc.] Non enim confessus hic est pro judicato (1).

(1) Add. Schulting. *Diss. ad L.* 1. §. *ult. de quaestion.* §. 2.

L. VI.

Idem de Irenarchis *praeceptum est:*] De his Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de Hirenarch.* (1).

Quia non omnes ex fide bona elogia *scribere* etc.] *Notoria, L.* 6. §. 3. *ad SCtum Turpil.* ubi Goth. (2).

(1) Add. Puttman. *Diss. de Receptator. Cap.* 2. adj. ej. *Adversar. Jur. univ. Lib.* II. *p.* 240. De *Julio Secundo*, cujus mentio fit in praec. verbis, vid. Burman. *ad Quinctil. Inst. Orator.* X. 1. *p.* 919.
(2) Add. Cujac. *Obs.* I. 53. et Voet. *ad Tit. Pand. de accusation. num.* 1.

§. 1.

Igitur qui cum elogio mittuntur etc.] Vid. *Act. Apostol. Cap.* 25. *in fin.* (1).

Vel etiam per Irenarchas *perducti.*] Vel Decuriones; *Acta Martyr. apud Ruinart. p.* 356. (2).

Ne quid et aliud etc.] An, *ne quis alius?* (3).

(1) Add. Puttman. *loc. modo cit. p.* 259.
(2) Add. Jac. Gothofred. *Diss. de Famos. latron. investig.*; *Oper. minor. p.* 593. et H. Oosterdyk. *Diss. ad Fragm. Venul. ex Libb. de Offic. Proconf. Cap.* 3. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 501. Ad verbum ἀνάκρισιν, quod sequitur, vid. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 105. *p.* 167.
(3) Ita Rehd. Vid. Geb. *h.*

L. VII.

Et desiderare, ut cum prosecutoribus (1) *ad se remittantur:*] Covarruv. *Practic. Quaestion. Cap.* 11. *num.* 6. et Perez. *in Praelect. ad Tit. Cod. ubi de crimin. ag. oport. num.* 3. negant, id post litem contestatam fieri posse: sed id vix sinunt Leges.

(1)

(1) De his Pancirol. *Thes. var. Lect.* II. 122. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1236. *Accusatores* interpretatur Pothier. *Tit. de accusation. num.* 19. Praecedit: *scribere ad Collegas suos*, id est, Praesides aliarum Provinciarum. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 12. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 265. add. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de exhib. vel transmitt. reis.* De voce *factores*, quae sequitur, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 384. *not.* 15. Verbum *facinorosi* forte delendum, ait van de Water, *in not. MSS.* citans *L.* 6. §. 8. *de re militar.* Flor. abest.

L. VIII.

Carceri praepositus] Non Commentariensis, sed vilior. Jac. Gothofred. *ad L.* 5. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* III. *p.* 42.]

L. IX.

De militibus ita servatur, etc.] Vid. ad *L. ult. tit. praec.* (1).

(1) Explicuit hanc Legem H. Oosterdyk. *ad Fragm. Venulej. ex Libb. de offic. Proconf. Cap.* 2. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 475. *seqq.* quem etiam vid. *ibid. Cap.* 3. §. 3. *p.* 500. *seqq.* ad seq. *L.* 10.

L. XII.

Milites, si amiserint custodias, etc.] Vid. Mev. *ad Jus Lubec.* IV. 11. 3.

Et ita demum afficiendos supplicio *milites*, etc.] An intelligendum *capitale*? Facit huc Vs. *Salvio quoque* etc. Sed id non finit *L. ult.* §. 2. *h. t.*

Animadvertendum:] Poena corporali: id enim hoc verbum (1) vult.

(1) Quod si simpliciter ponatur, potissimum *poenam gladii* intelligi, notat Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *animadvertere*, *num.* 2. *Salvium*, Legatum Aquitaniae, cujus mentio in praec. verbis fit, non esse

esse *Salvium Julianum*, docet Menag. *Amoen. Jur.* *Cap.* 24. *p.* 130. et Heinecc. *Exercit. de Salv. Juliano. Opusc. Syllog.* I. *Exerc.* XXIV. *Oper. Tom.* II. *p.* 815.

§. 1.

Si paganos (1) *evaserit custodia*, etc.] D. Goth. *in not.* „*si paganus evaserit custodiam*, Hal. *Si pagani evaserit custodiam*, Vulg. et recte." Imo, nihil mutandum (2).

Idem puto exquirendum, etc.] Non tamen hic poenae tam graves.

(1) Custodes datos loco militum. Pothier. *h. t. num.* 6.
(2) Add. Brencm. *h.* qui notat, Florentinam confirmare Basilic. *Tom.* VII. *p.* 585.

L. XIV.

Nam ea prodita etc.] D. Goth. *in not.* „*perdita*, Hal." quod malim: *prodita* tamen et in fin. Legis. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 150. *seqq.* Pro *quod si levis* persona custodiae *fuit*, in seq. §. 2., forte rectius legi: *personae custodia*, notavit van de Water.

§. 3.

Sed si se custodia interfecerit, etc.] Exemplum apud Amm. Marcellin. XV. 3. *p.* 72.

§. 7.

Prodiderit,] Sic et in *pr.* Legis.

Si facultates habeat etc.] Aliter coërcendus. Aliter Cujac. *in not. prior. ad* §. 37. *Inst. de action.*

TITULUS IV.

AD LEGEM JULIAM (1) MAJESTATIS.

Crimen ἀσέβειας, Dion. *Lib.* LXXVIII. *p.* 893. (2). — Apud populum de hoc crimine actum, docet Cicer. *in Verr.* V. 58. — Uti Romae hoc crimen aliquando omnium accusationum erat complementum, ut docet Tacit. *Annal.* III. 58. ita Athenis κατάλυσις δήμου. Herald. *Obs. Cap.* 49. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1379. *seq.*] — *Majestas*, quae et *magnitudo* dicitur. Cicer. *Partit. Orator. Cap.* 30. et *amplitudo.* Amm. Marcellin. (3). XXXI. 14. *Imminuta vel laesa amplitudo imperii*, Idem, XIV. 5.

(1) Id est, *de Lege Julia.* Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Pand. ad exhibend.* Latam hanc Legem a C. Julio Caesare, sunt qui putent, in quibus etiam est Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 1. Sed latam eam ab Augusto, docet Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 2. §. 12. add. Ernesti, *in Ind. Legum*, voc. *Julia.*

(2) Add. Pagan. Gaudent. *Jurid. Expositión.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 365.

(3) Et Cicer. *de Orator.* II. 39. et alibi. — Varias, quae de hoc crimine subinde latae apud Romanos fuere Leges, recenset Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 47. *seqq.* Docta de hoc crimine Dissertatio est Jo. van Beuker., quae exstat in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs, *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 75. *seqq.* ubi *Sect.* IV. historiam narravit Legis majestatis, et mutationes, quas passa est a Tiberio ad Arcadium usque. Alios etiam, qui de hoc crimine consuli possint, citat Bachius, *loc. modo cit. in not.* et Haubold. *in Epicris. ad loc. Heineccii modo laud.* Ad singulas hujus Tituli Leges commentatus est Ant. Contius, *Oper. p.* 356. *seqq.*

L. I.

Proximum ſacrilegio *crimen est*, etc.] Id enim maximum. Dion Chryſoſt. *Rhodiac. p.* 321.

§. 1.

Majestatis *autem crimen illud est, quod* etc.] Id est, *perduellionis.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 2. ubi ſequentia explicuit. (1).

Quod adverſus populum Romanum,] Quo Lex *Principem* complectebatur. Tacit. *Annal.* IV. 34. (2).

Cujus opera (3) *dolo malo conſilium initum erit, quo obſides injusſu Principis* intercciderent:] Baſilic. *Tom.* VII. *p.* 596. ἀναιρεθῆναι. Male. (4).

Locave occupentur,] Editiora ſcil. add. Dionyſ. Halic. *Lib.* V. *p.* 322.

Vel templa:] Add. Caeſar. *de Bello Civili*, I. 7. Cicer. *pro Domo*, *Cap.* 21. ubi illuc comportata arma. add. Idem, *pro Sextio*, *Cap.* 15. Inde impetus factus. Sozomen. *Hist. Eccleſ.* VII. 15.

Quove coetus conventusve fiat,] Add. Senec. *Exc. Controv.* III. 8. Porc. Latro, *Declam. in Catilin. Cap.* 4. 5.

Hominesve ad ſeditionem convocentur:] Ergo *auctores* tantum tenentur. *L.* 38. §. 2. *de poen.* Matth. *d. loc. d. Cap.* 2. *num.* 6. (5).

Quo quis Magiſtratus populi Romani, etc. *occidatur:*] Sic et populi ſecuritas violatur. (6).

Quove quis contra Rempublicam arma ferat:] Scil. *hostili animo.*

Quo hostes populi Romani conſilio jubentur (7) *adv. Rempublicam:*] Add. Quinctil. *Declam.* 323. De monſtrantibus vias vel aedes Gregor. Thaumaturg. *Can.* VII. ubi Baſil.

Quive milites ſollicitaverit, etc. (8).] Add. Cicer. *pro Clu-*

Cluent. *Cap.* 35. — Hostili animo. Vid. et *L.* 3. §. 20. *de re milit.*

(1) Add. van Beuker, *Diss. laud. Sect.* II. *Cap.* 1. *seqq.*
(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 29. §. 1. *not.* 5.
(3) *Ope* hic et alibi legendum, putat Raevard. *de Auctor. Prudent. Cap.* 13.
(4) *Intercidere* pro *dimittere*, atque ita facere, ut populo Romano pereant, accipit quoque Matth. *d. loc. num.* 4. et van Beuker. *loc. modo cit.* §. 1. Sed cum Graecis Contius, *ad L.* 1. *h. t. p.* 562.
(5) Et van Beuker. *d. loc.* §. 2.
(6) Add. van Beuker. *d. loc.* §. 3.
(7) Pro *juventur.* Vid. Geb. *h*
(8) *Quo Seditio tumultusve* etc. *Seditio* proprie in urbe, *tumultus* in agris. Burman. *ad Vellej. Paterc.* II. 68.

L. II.

Quive de provincia, cum ei successum esset, non discessit (1):] Hodie post dies quinquaginta. *Tit. Cod. ut omn. judic. tam civ. quam crim.*

Aut qui exercitum deseruit,] Magistratus.

Vel privatus (2) *ad hostes perfugit:*] Desertio nuda huc non pertinet. *L.* 3. §. 4. 9. 10. *de re militar.*

Quive sciens falsum conscripsit, vel recitaverit in Tabulis publicis:] In specie. Non obstat *L.* 1. §. 4. *L.* 16. *in fin. ad L. Cornel. de fals.* (3). Aestuat Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 2. *num.* 14. De hoc crimine Cicer. *pro Sulla*, *Cap.* 14. *seqq.* Dion Chrysost. *Rhodiac. p.* 337.

(1) *Decessit*, Budaeus, *in Annot. ad h. l.* De hac et seq. Lege van Beuker. *Diss. laud. Sect.* II. *Cap.* 2.
(2) Miles gregarius, Matth. *loc. cit. num.* 15. van Beuker, *d. loc.* §. 2. *in fin.*
(3) Add. van Beuker. *d. loc.* §. 3.

L. III.

Lex autem Julia majestatis praecipit, eum qui majesta-

tem publicam laeserit, teneri:] Haec carent bono sensu, Jo. Franc. Ramos, *in Tribonian. p.* 167. Si legamus: *eum, ut qui* etc. erit sensus. Sed nec hoc opus, modo, ut hic sunt, separata sint a prioribus. (1).

Qualis est ille, qui in bellis cesserit,] Dolo, non ignavia (2).

Aut arcem tenuerit,] Ὁ καταλιμπάνων ἀκρόπολιν, Basilic. *Tom.* VII. *p.* 597. D. Goth. *in not.* „ *aut arcem non tenuerit*, Vulg." Etiam Rob. Steph. (3) recte. Vid. Leonin. *Emend.* III. 12. *Arce aut castris concesserit*, id est, abierit, Nic. Catharin. *Obs.* I. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 486.]

Qui injussu Principis bellum gesserit,] Add. Dion. *Lib.* XXXVIII. *p.* 86. *Lib.* XXXIX. *p.* 116. *Lib.* XL. *p.* 125. (4).

Quive privatus pro potestate etc.] Facit huc Themist. *Orat.* VI. *p.* 73. *Animum hostilem* requirit Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 2. *num.* 17. (5). quod non probo.

(1) Add. Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 16. *p.* 317.

(2) Add. Matth. *loc. cit. num.* 15. Pro *in bellis* Hal. et Vulg. *imbellis*. Vid. D. Goth. *in not.* Etiam Budaeus, *in Annot. ad h. l.* sed male, ut ait van de Water, *in not. MSS.* quum *bellum* hic accipiatur pro *pugna, proelio*, uti saepe.

(3) Ita hunc locum citat Matth. *d. num.* 15. et legi mavult van Beuker, *Diss. laud. Sect.* II. *Cap.* 2. §. 5. Alias conjecturas recenset Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 8. qui ipse legit: *aut arcem, cum tenuerit*, etc. Herm. Cannegiet. *loc. modo cit. p.* 318. *aut arcem, quam tenuerit*, etc. Puttman. *Conject. ad loc. quosd. Jur. Civ. deprav.* §. 1. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 89. *seq.* mavult: *aut arcem deseruerit.*

(4) Sequitur: delectum*ve habuerit.* Scribendum: *dilectum*. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 20. §. 1. *not.* 3. add. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signific.* voc. *dilectus.*

(5)

(5) Add. van Beuker. *loc. modo cit.* §. 7.

L. IV.

Cujusque dolo malo jurejurando etc.] Explicat haec Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 2. *num.* 18. *seqq.* (1).

Aliave qua re] Latisſime patet.

Item, qui confesſum in judicio reum, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* a cujus emendatione recedit Matth. *d. loc. num.* 21. (2) nihilo minus explicat de hoc crimine, vel alio gravi.

(1) Et van Beuker. *Disſ. laud. Sect.* II. *Cap.* 3.
(2) Etiam Wisſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8. et van Beuker. *d. loc.* §. 5.

§. 1.

Hoc crimine liberatus est a Senatu (1), *qui ſtatuas Imperatoris* reprobatas *conflaverit.*] Non bene Raevard. *Conjectan.* III. 16. (2).

(1) De quo SCto Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 45.
(2) Qui accipit de ſtatuis Imperatorum, quorum memoria fuerat damnata a Senatu. *Sine permisſu Principis factas*, D. Goth. *in not.* et Matth. *loc. modo cit. num.* 22.

L. V.

Non contrahit crimen majestatis, etc.] Add. Jac. Gothofred. *ad L.* 44. *Cod. Theod. de oper. public.* [*Tom.* V. *p.* 356.]

§. 1.

Nec qui lapide jactato incerto, fortuito (1) etc.] Facit huc Chryſoſt. *ad* I. *ad Thesſalon. Serm.* X. *p.* 215. Senec. *de Benefic.* III. 26. Caſaubon. *ad Athen.* VI. 11. Herald. *Obs. Cap.* 11. [in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 1524.] Philoſtr., *de Vit. Apollon.* I. 15. ubi *in not.* citatur Ez. Spanhem. *de Praeſt. et Uſ. numism. Disſ.* I. *Cap.* 3.

(1) Hal. *fortuitu:* de quo vid. Burman. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 59. *in fin.*

§. 2.

Nondum consecratas,] Contra, *L. seq.*

L. VI.

Qui statuas aut imagines Imperatoris jam consecratas conflaverint, etc.] Vid. *Tit. Cod. de stat. et imagin.* Grot. *in Flor. Sparf. p.* 255. (1).

(1) Add. Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 11. et quos plures *ibid.* citat Trekell. add. van Beuker. *Diss. laud. Sect.* 3. *Cap.* 1. §. 2. Gisb. Cuperus refert ad imagines Principum, quae in clypeis aureis vel argenteis solebant pingi. Vid. Noodt. *de Usufruct.* I. 4.

L. VII.

§. 1.

Sed et milites, qui caussas alias defendere *non possunt:*] Add. Spartian. *in Julian. Cap.* 2. D. Goth. *in not.* „*deferre*, P. Faber apud Cujac. etc." Qui inde recessit, *ad L.* 116. *de reg. jur.* add. Idem, *Semestr.* III. 24. *p.* 392. (1).

(1) *Deferre* tamen legendum, putat quoque Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 4. quo egit de his, quae in judicio majestatis singularia sunt: de quibus vid. et van Beuker. *Diss. laud. Sect.* VI.

§. 2.

Servi quoque deferentes audiuntur,] Add. Capitolin. *in Pertinac. Cap.* 10. Interest enim hoc detegi. Cicer. *pro Sulla, Cap.* 2.

§. 5.

Hoc tamen crimen a Judicibus non in occasionem (1) *ob Principalis majestatis venerationem habendum est,*] Vid. Paul.

Paul. *in Sent.* V. 29. §. 2. (2). *L. ult. Cod. Theod. de calumniator.* ibique interpretatio. Themist. *Orat.* XIX. *p.* 232. add. Matth. *loc. modo cit. Cap.* 2. *num.* 22. et Freher. *Parerg.* II. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 916.] (3). — In qua parte nimius fuit Constantius. Vid. Amm. Marcellin. XIV. 5. add. Idem, XV. 5. XVI. 8. XIX. 12. XXI. 16.

Nec lubricum linguae ad poenam facile trahendum est:] Exemplum apud Amm. Marcellin. XXX. 5. add. Freher. Parerg. *loc. modo cit.* (4).

(1) Vid. Pothier. *h. t. num.* 6.
(2) Ibique Cujac. et Schulting.
(3) Vid. et Nerium, *Analect.* II. 17. in *eod. Thes. Tom.* II. *p.* 460. ubi et Duarenum aliosque refutat, qui legunt: *in accusationem.*
(4) Et van Beuker. *laud. Diss. Sect.* III. *Cap.* 2.

§. 4.

Crimen majestatis facto, vel violatis statuis, etc.] D. Goth. *in not.* „Adde: *sed et verbis impiis maxime exacerbatur*, ex Paulo, *in Sent.* V. 29. §. 1. quae verba Tribonianus male hic immutavit in: *statuas violatas*, etc.“ Ex Cujacio, *ad d. loc. Pauli, not.* 1. (1). *Veluti violatis* legit Herald. *Obs. Cap.* 11. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1324.] et Goes. *ad Auctor. rei agrar. p.* 189. (2). *Factiove violatis* etc. aut, *factione, vel violatis* etc. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 17. *num.* 6.

Vel imaginibus,] Zeno Veronensis, citatus a Casaubono, *ad Vopisc. in Probo, Cap.* 23. ait, sacrilegii esse reos. add. Otton. *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 29.

In milites.] Haec expungit Cujac. *ad Paul. d. loc.* Sed vid. Merill. *Var. ex Cujac.* III. 2. et *ad* §. 3. *Inst. de publ. judic.* Habent et Basilic. et Schol. eorum, *Tom.* VII. *p.* 598. et 605. (3).

(1) Manum Triboniani agnoscit quoque Wissenbach. *in*

Emblem. Tribon. Cap. 7. *p.* 145. nec dissentit Schulting. *ad loc. Pauli cit. not.* 6. Aliter Wybo, *in Tribon. Defens. p.* 380. *seq.*

(2) Probante Schultingio, *loc. modo cit.* Non tamen necesse putat Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 28. quum *vel* pro *veluti* etiam alibi ponatur, et notat *ibid.* Jac. Gothofred. *ad Tertullian. ad Nation.* I. 12. pro *vel violatis statuis* reponentem: *vel violatis signis. Vel* pro *veluti* positum censet quoque Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* I. §. 7. *p.* 182. Aliter Rucker. *Diss. de Nat. et Civ. temp. comput. Cap.* 2. §. 6. *et* 7. *Vel* hic nihil distinguere, uti et alibi, notat Noodt. *de Pact. et transaction. Cap.* 14. circa fin. Late de hoc §. egit Noordkerk. *Obs. Cap.* 9. *p.* 165. *seqq.*

(3) Nec expungere ea audet Schulting. *d. loc.* add. Wissenbach. *in Embl. Tribon. loc. cit.* et Otton. *loc. modo cit.*

L. VIII.

In quaestionibus laesae majestatis *etiam mulieres* etc.] D. Goth. *in not.* „ Forte legendum: *Lege majestatis: etc.*" Nihil muto.

Conjurationem denique Sergii Catilinae Julia *mulier detexit*,]. *Fulvia*, legit Otto, *in Papinian. Cap.* 7. §. 4. *p.* 143. (1).

Et Marcum Tullium Consulem judicium *ejus instruxit.*] *In judicium*, Rob. Steph. Sed *indicium*, Flor. quod cur non sunt secuti? notat et hoc Bynkersh. *Obs.* I. 6. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 3. *Cod. Theod. de accusation.* [*Tom.* III. *p.* 6.] (2).

(1) Et *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 11. etiam Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 125. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1240. Bynkersh. *loc. cit.* Duker. *ad Flor.* IV. 1. *num.* 6. Puttman. *Miscellan. Cap.* 22. *p.* 209.

(2) Et Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *indicium*, *num.* 2. Vid. et Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 8.

L. IX.

L. IX.

Libertorum bona liberis damnatorum conservari, etc.] Add. *L.* 4. *de jur. patronat.* Aliud jure civili. *L.* 3. *de interd. et releg.* (1). Hodie mutatum. *L.* 5. *Cod. h. t.*

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 11. Pluribus hanc Legem explicuit Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Libb. Jur. Epitom. Tom.* II. *p.* 888. *seqq.* quem etiam vid. *ibid. p.* 976. *seqq.* ad seq. *L.* 10.

L. XI.

Nam hoc crimen nisi a successoribus purgetur, hereditas fisco vindicatur.] Ad quinquennium. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 3. *num.* 5.

Sed qui perduellionis *reus est*,] Inter quam et *laesam majestatem* differentias recenset Matth. *d. loc. Cap.* 2. *num.* 2.

TITULUS V.

AD LEGEM JULIAM (1) DE ADULTERIIS COËRCENDIS.

Meminit ejus Plutarch. *Apophthegm. p.* 207. — De eorum frequentia Senec. de *Benefic.* III. 16. — De variis apud varios poenis Ferand. Adduens. *Explication.* I. 45. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 551.] (2). — Quam necessarium illud coërceri, Quinctil. *Declam.* 249. *in fin.*

(1) XXIX. hujus Legis Capita recenset Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Oper. minor. p.* 183. *seqq.* Sed pauciora illa fuisse, alioque quodammodo ordine collocanda, et aliis verbis constituenda, probabiliter docuit J. G. Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 3. in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 170. *seqq.* ubi

 Cap. 1.

§. 7.

Extraneus autem nequaquam etc. *se relevabit*,] D. Goth. *in not.* „Imo, se relevat. *L.* 16. *h. t.*" Illic non est reus factus, sed accusat ultro.

§. 8.

Et majore dolore *executurum* etc.] Vox huic rei propria. *L.* 4. *L.* 15. *Cod. h. t.* Juvenal. *Satyr.* X. *vs.* 314. *L.* 37. *L.* 58. §. 8. *h. t.* (1).

Et probationibus instituente,] Id est, *instruente.* Cujac. *Obs.* XX. 21. (2).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 26. §. 5. *not.* 19.
(2) Sed vid. notam Schultingii ad *L.* 15. §. 2. *de quaestion.* — Verba: *qui post maritum et patrem accusare possunt*, in seq. §. 9., fortasse sunt Triboniani, respicientis *L.* 30. *Cod. h. t.*

L. III.

Postponetur marito.] Is tamen non excluditur. Brisson. *ad L. Jul. de adulter.* Cap. 6. *Oper. minor. p.* 203.

L. IV.

§. 2.

An superveniente (1) *marito* permittatur *accusatio*,] Vid. ad *L.* 3. *de publ. judic.*

(1) Pro *supervenienti*, van Vryhoff. *Obs. Cap.* 15. *p.* 73.

L. V.

Nuptam mihi adulterii ream postulari posse in priore matrimonio commissi, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, non potest. *L.* 12. *Cod. h. t.*" Non obstat.

Si vero nupta sit, ut prius adulterum peragat, etc.] Vid. *L.* 2. *pr. h. t.*

L. VI.

L. VI.

Et Legis Aquiliae actio facile tenebit,] Vid. Paul. *Sent.* I. 15. §. 6. ibiq. Cujac.

Et injuriarum quoque competit, etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 1. *num.* 4.

Nec propter plures actiones parcendum erit in hujusmodi crimine reo.] Quo minus et criminaliter agatur. Matth. *d. loc.* XLVII. 3. *Cap.* 2. *num.* 6. De cumulatione hic non agitur. (1).

(1) Add. Averan. *Interp. Jur.* III. 14. *num.* 6. et Pothier, *h. t. num.* 7.

§. 1.

Lex stuprum et adulterium promiscue et καταχρηςικώτερον, *id est, abusive* (1), *appellat*,] Add. *L.* 101. *de verb. sign.* — Loquens de nupta, non de virgine: quo notato multa facile poterunt explicari. — Tertullian. *de pudicitia*, *Cap.* 4. *etsi adulterium, etsi stuprum dixero, unum erit contaminatae carnis elogium.* — *Stuprum* generale verbum est, et speciale. *L.* 29. §. 2. *h. t.* Contra et *adulterium.* (2). *L.* 7. *pr. L.* 29. §. 1. *h. t.* Matth. *d. loc.* XLVIII. 3. *Cap.* 1. *num.* 5. — Καταχρηςικώτερον, tempore *Papiniani*, Otto, *in Papinian. Cap.* 5. §. 4. *p.* 76. *seqq.* Sed versamur in *Lege Julia.*

Sed proprie adulterium in nupta *committitur*,] Non a viro, si non cum nupta rem habeat. Matth. *loc. modo cit. num.* 12. In quod invehuntur Patres. Tertullian. *de Monogam. Cap.* 9. Lactant. *Divin. Instit.* VI. 23. add. Rittershus. *Sacr. Lect.* VIII. 1. (3). Salvian. *de Gubernat. Dei*, VII. *p.* 158. Chrysost. *ad* I. *ad Thessalon. Serm.* III. *p.* 187. Gregor. Nazian. *Orat.* XXXI. *p.* 504.

Propter partum ex altero *conceptum composito nomine:*] Facit huc Isidor. *Origin.* V. 26. Haeret Otto, *in Papinian. Cap.* 9. *num.* 2. (4).

(1)

(1) Interpretatio haec abest a Flor.
(2) Hoc negat Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* p. 127. *seqq.* *not.* 1. et Hoffman. *Diss. laud.* *Cap.* 4. §. 2. qui tamen non negat, *Legem Juliam* sub *adulterio* quasi voce generali comprehendisse nonnunquam etiam *stupra*. Egerunt hac de re etiam Ferand. Adduens. *Explication.* I. 45. in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 550. *seq.* et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in *eod. Thes. Tom.* IV. p. 1367. *seq.*
(3) Vid. et Elen. *Diatrib.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 1447. *seq.* Scip. Gentil. *loc. modo cit.* Otton. *in Papinian. Cap.* 12. §. 5.
(4) Add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. p. 259. et Hoffman. *loc. modo laud.*

§. 2.

Filiusfam. maritus ab eo, qui sui juris est, in ea Lege non separatur.] In aliis ergo secus.

D. quoque Hadrianus Rosiano Gemino (1) *rescripsit, et invito patre filium hac Lege reum facere posse.*] An non semper? Non videtur. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 1. *num.* 5. Nec haec inter publicas illas caussas, ubi pro *patrefamilias* habetur. Obstat tamen *L.* 5. §. 5. *de his quae ut indign.* Sed et ibi potest speciale fuisse.

(1) Ejus meminit Plin. *Epistol.* X. 11. Hal. *Rosciano.* Vid. Geb. *h.*

§. 3.

Quoniam ea caussa non cedit in numerum caeterarum.] Ratio *L.* 8. Vs. *Alii propter turpem quaestum* etc. junct. *L.* 11. *de accusation.* Rad. Forner. *Rer. quotid.* IV. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 240. *seq.*]

L. VII.

Non a patre desponsam, vel destinatam, vel testamento denominatam.] *Vel — denominatam* a mala manu esse, putat Hotoman. *de Sponsalib. Cap.* 3. (1). Sic et de *L.* 56. *de rit. nupt.* quod non probat.

(1)

(1) Et *Obs.* V. 27. probante van de Water, *Obs.* III. 5. *in fin. p.* 276. — *Nec matrimonium* eleganter dici pro *injustum matrimonium*, notat Guther. *de Offic. Dom. Aug.* I. 30.

§. 1.

Incesti commune crimen etc.] Vid. Cujac. *Obs.* XX. 17. (1).

(1) Tribonianum ea, quae separato Libro ad Papinianum notaverat Marcianus, nobis exhibere, quasi *in Institutionibus* perscripta, observat Noordkerk. *Obs. Cap.* 2. *p.* 32.

L. VIII.

Qui domum suam, etc.] Vid. Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 16. *Oper. minor. p.* 213. (1).

(1) Add. Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 8. §. 1. *et* 2.

L. X.

§. 2.

Mulier, quae evitandae poenae adulterii gratia lenocinium fecerit, etc.] Ergo lenae a Legis poena liberae. add. Herald. *Obs. Cap.* 53. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1352. *seqq.*] (1).

Adulterii accusari damnarique ex SCto potest.] Facit huc Tacit. *Annal.* II. 85. Sueton. *in Tiber. Cap.* 35. (2).

(1) Vid. et Perrenon. *Animadv.* II. 4. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 634. et Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 53. *seqq.*
(2) Add. Heinecc. *Exercit. de Levis not. macul.* §. 24. *Opusc. Var. Syllog.* I. *Exerc.* VII. *Oper. Tom.* II. *p.* 289. et Otton. *in Papinian. Cap.* 7. §. 5. *p.* 147.

L. XI.

Miles, qui cum adultero uxoris suae pactus est, etc.] Vid. Cujac. *Obs.* XX. 18.

§. 2.

§. 2.

Ea, quae inter reas adulterii recepta esset, *absens defendi non potest.*] Antea posse, censet Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 11. §. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1154.] sicque accipit *L.* 10. *L. pen. de publ. judic.* quod non placet. *Non potest:* quia non est capitale crimen. Cujac. *Obs. loc. modo cit.*

§. 5.

Et lucrum ex dote magis petere:] Quatenus id olim licebat. Non opus hic Triboniani manum agnoscere cum Balduino, *in Justinian. Lib.* II. [in *Jurisp. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1104.] Vid. ad Ulp. *Fragm. Tit.* 6. [§. 10. *not.* 32.]

Qui commodum dotis vindictae domus suae praeponere non erubuit.] Conf. *L. unic. Cod. Theod. victum civil. criminal. ag. poss.* ubi Jac. Gothofred. [*Tom.* III. *p.* 185. *seqq.*]

§. 9.

Cum possit et illa adultera esse,] Add. Gail. *Obs.* II. 97.

§. 10.

Sed nec adulterum interim accusari posse.] Nisi ab extraneo. *L.* 59. §. 1. *h. t.* Cujac. *Obs.* XX. 15.

§. 11.

Non ante accusari poterit, quam adulter fuerit convictus:] Vid. *L.* 2. *pr. h. t.*

§. 12.

Mulier cum absentem virum etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 1. *num.* 11.

Respondit, tam *juris, quam facti quaestionem moveri.*] An, *non tam?* (1).

Cum hoc facto pudicitia laboretur,] *Laboret*, Al. (2). *La-*

Laberetur, Forster. *de Jur. Interpretation.* I. 2. *num.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 962.]

(1) *Hysterologia* est, secundum Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 4. *p.* 97.
(2) Sic Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Etiam Rehd., ubi tamen superscriptum: *laberetur.* Vid. Geb. *ibid.* Forte legendum: *laederetur*, notavit van de Water.

§. 13.

Quare ita jus tractabitur, quasi culpa mulieris facto divortio.] Add. Ulpian. *Fragm. Tit.* 6. §. 10. (1).

(1) Ibiq. Schulting. *not.* 32.

L. XII.

Sciens dolo malo,] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 2. *num.* 5. *seqq.* (1).

(1) Add. Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 4. §. 6.

L. XIII.

§. 1.

Plane sive justa uxor fuit, sive injusta, etc.] D. Goth. *in not.* „Quae non accepta est aqua et igni, Cujac. *Obs.* VI. 16. Quae dicatur uxor *justa*, quae *injusta*, Raevard. *Varior.* IV. 16." Perrenon. *Animadv.* I. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 602. *seq.*] minus bene. Male Hotoman. *de Nupt. Cap.* 3. casum ponit in nuptiis sine parentum consensu initis, et Cujac. *Obs.* III. 6. qui hic ergo variavit. Late nimis Scip. Gentil. *Parerg.* II. 12. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1328. *seq.*] Nec bene Huber. *Digression.* I. 17. et *in Prael. ad Tit. Pand. de rit. nupt. num.* 1. *et* 2. Commodius Merill. *Obs.* V. 39. uxorem *injustam* accipit, sed non satis late. Male Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 6. *Oper. minor. p.* 202. Nec probo Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 1. *num.* 7. qui expli-

plicat ex seq. §. 4. et 8. non quidem, ut putat, ex mente Ulpiani, sed juxta *L.* 22. *Cod. de nupt.* Conf. et Mornac. *ad L. pen. de donation. int. vir. et uxor.* (1).

Accusationem instituere vir poterit:] Jure extranei, non jure mariti: quod vult Cujac. *locc. citt.* Vid. Papin. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 5. (2). add. §. 4. *h. l.*

Nam et *Sextus Caecilius ait:*] An pro *et* legendum: *ut?* (3).

Haec Lex ad omnia matrimonia *pertinet:*] *Matrimonium* juris quoque Gentium est (4).

(1) Quae *justa*, quae *injusta* uxor ex mente JCti dicenda sit, dubium est: unde adeo variant Interpretes. add. praeter citatos, Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 126. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1240. *seq.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 17. Voet. *ad eund. Tit. num.* 7. Grupen. *de uxor. Rom. Cap.* 7. §. 9. Trekell. *ad Brisson. loc. cit.* Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 6. §. 5.

(2) Ibique Schulting. *not.* 40.

(3) *Ut* habet Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

(4) Add. Schulting. *ad Collat. loc. cit. not.* 59. unde colligendum videtur, *uxorem injustam* Schultingium intellexisse, cum qua quidem est matrimonium *Juris Gentium*, non vero *justae nuptiae* consistunt: quae etiam est sententia Grupenii et Trekellii, *locc. citt.*

§. 2.

Sed et in ea uxore potest maritus adulterium vindicare, quae vulgaris *fuerit:*] Exemplum apud Tacit. *Annal.* II. 85. D. Goth. *in not.* intelligit *nuptam, quae quondam vulgaris fuit.* Sic et Gravin. *de Orig. Jur.* III. 86. [*p.* 424. *ed. Mascov.*] (1). Aliter Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 1. *num.* 6. (2).

(1) Add. Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 6. *Oper. minor. p.* 205. et Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 6. §. 5.

(2) Vid. et G. Forner. *Selection.* III. 21. in Thes. Otton.

Tom.

Tom. II. *p.* 108. *seq.* Herald. *Obs.* *Cap.* 33. *in fin.* in *eod.* *Thes.* *eod.* *Tom.* *p.* 1555. Fopp. ab Aezema, *Diss.* *Jur.* *Civ.* II. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 824. *seq.*

§. 3.

Divi *Severus et Antoninus rescripserunt*, etc.] *Divus Severus*, Rob. Steph. et edit. a. 1549. Adversus hoc crimen rigidus. Dion. *Excerpt.* *Lib.* LXXVI. *p.* 869. (1).

Quia neque matrimonium qualecunque,] Vid. §. *praec.*

Nec spem matrimonii etc.] Add. Philo Jud. *de Special.* *lib.* *Legib.* *p.* 608. locus elegans, et *desponsata* quodammodo nupta, Tertullian. *de Veland.* *Virgin.* *Cap.* 6. (2). Revera hoc non est adulterium, sed tanquam tale coërcetur ex hoc rescripto, ut frustra hic ex jure objiciantur argumenta, quae et excutit Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 1. *num.* 9. (3) qui *ibid.* *Cap.* 2. *num.* 11. poenam capitis huc producit: quod non sequor.

(1) Add. Schulting. *ad Collat.* *LL.* *Mos.* *et Rom.* *Tit.* 4. §. 6. *not.* 43.

(2) Add. Hoffman. *Diss.* *laud.* *Cap.* 6. §. 5. et Schulting. *loc.* *modo cit.* *not.* 44.

(3) Inter eos, qui dissentiunt, etiam est Voet. *ad h. t.* *Pand.* *num.* 9.

§. 4.

Dicendum est, jure mariti accusare eam non posse etc.] Vid. ad §. 1. *h. l.*

§. 5.

Et inquirere, an maritus pudice vivens, etc.] Hinc limita *L.* 1. *Cod.* *h. t.*

Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Senec. *Epist.* 94. *p.* 592. Quinctil. *Inst.* *Orat.* VIII. 5. [*p.* 728. ed. Burm.] Cujac. *in expos.* *Nov.* 22. Rittershus. *Sacr.* *Lect.* VIII. 1. Brisson.

son. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 19. [Oper. minor. p. 216. seq.] (1).

Non rem ob compensationem mutui criminis inter utrasque communicare (2).] Vid. *L.* 2. §. 5. *h. t.*

(1) Add. Fabrot. *Exercitat.* VII. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1199. *seqq.* Nic. Catharin. *Obs.* II. 26. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 781. Gundling. *Exercitat. Academ. Exerc.* VI. §. 6. Puttman. *Probab.* II. 17. *num.* 10. *p.* 157. *seq.*

(2) *Componere* legit P. Faber, *Semestr.* II. 25. *p.* 615. *seq.* et accipit haec non de judicio publico, sed privato, quo agitur de retentione dotis. Pari modo Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 6. §. 5. *in fin.* *Componere* legitur quoque in Cod. Gregorian. *Lib.* XIX. *Tit.* 2. in Jurispr. antejustin. Schulting. *p.* 705. ex quo loco haec desumta sunt.

§. 7.

Ceterum, quae vim patitur, non est in ea caussa, etc.] Distinguit Gregor. Thaumaturg. *Can.* 1. ubi Basil.

§. 8.

Non poterit jure viri accusari etc.] Facit huc §. 4. *h. t.*

Quod ante aetatem nupta commisit:] Facit huc *L.* 1. *de poen.*

Sed vel quasi sponsa *poterit accusari* etc.] Qualis est. *L.* 9. *de sponsalib.* (1). *Accusari*, et quidem jure mariti. add. *L.* 7. *Cod. h. t.* Negare hoc tentat Cujac. *Obs.* VI. 16. sed non probo.

(1) Add. Fab. *Conject.* III. 6. *num.* 4.

§. 9.

Mox reducta sit, non quasi eodem matrimonio durante, etc.] Juxta *L.* 3. *de divort. L.* 48. *de reg. jur.* (1).

(1) De verbo *reducere* Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1367.

L. XIV.

L. XIV.

§. 1.

Ut ipse deprehenderit,] D. Goth. *in not.* „*Deprehenderet*, Vulg. Hal.“ Bene (1).

(1) Probat etiam Brencm. *h.* putans, errorem ortum ex praec. *subjecerit.* — Ad seq. §. 2. vid. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 7. *not.* 46.

§. 3.

Calumniae *periculum non evitant.*] Id est, *poenae calumniae.* Senec. *Praef. Lib.* III. *Controv. p.* 224. ubi vid. Parentis notam. add. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 59. — Si calumnia sit evidens. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. [§. 4. *not.* 31.] (1). Cujacius, *de Div. temp. praescription. Cap.* 13. refert ad SCtum Turpill. (2) et aliud esse notat post *Nov.* 117. *Cap.* 8.

(1) Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 24. Noordkerk, *de L. Petron. Cap.* 4. §. 4. *p.* 145. Pothier. *h. t. num.* 51. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 4. *p.* 202. Vid. et J. G. Hoffman. *Diss. ad L. Jul. de adulter. Cap.* 6. §. 3. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 234.
(2) Add. Noordkerk. *loc. modo cit. p.* 147.

L. XV.

Patris quoque accusationem impediendum (1)] Sic et *L.* 19. *in fin. de novation.* (2).

(1) D. Goth. *in not.* „*impediendam*, Vulg. Hal.“
(2) Ad quam vid. notata.

§. 1.

Ne quis inter reos referat *eum*, *qui* etc.] Vid. Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 7. *Oper. minor. p.* 206. *seq. Referat*, id est, *recipiat*, Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 10. *num.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1131.] (1).

(1) Add. Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 6. §. 8. *p.* 247. — Ad seq. §. 3. vid. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 127. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1241. *seq.* add. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. unde vi*, *Tom.* I. *p.* 453. et Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Oper. minor. p.* 207.

§. 6.

Lex Julia de adulteriis specialiter quosdam adulterii accusare prohibet, ut minorem XXV. *annis.*] Vid. Paul. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 4. *in fin.* — Qui alioquin non arcetur, modo XVII. annos impleverit. *L.* 1. §. 3. *de postuland.* (1).

Nec enim visus est idoneus accusator, qui nondum robustae aetatis est,] Multoque minus pupillus, cujus nec tutor admittitur. Cyriac. *Controv.* 104. *num.* 17. *seqq.*

Accusanti ei non facile calumniae poena irrogabitur.] Vid. *L.* 14. *in fin. h. t.* (2).

(1) Add. Schulting. *ad loc. Collat. cit. not.* 37. et notata superius ad *L.* 8. *de accusation.*

(2) Sequitur: *Minorem* XXV. *annis etiam eum accipimus*, etc. Vid. ad haec verba Rucker. *Diss. de Nat. et Civ. temp. comput. Cap.* 4. §. 10.

§. 7.

Praescriptiones, quae objici solent etc.] Veluti *peregrinitatis, infamiae, minoribus bonis quam triginta HS., quod non habuit filium.* Vid. Papinian. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 5. quae tolluntur *L.* 28. *Cod. h. t.* Pith. *ad loc. Collat. modo cit. not.* 38. (1).

(1) Add. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 147. *seqq.*

§. 9.

Rursus a quo velit, initium facere, etc.] Alia Lex apud Quinctil. *Declam.* 249. sed ficta.

L. XVI.

L. XVI.

Post *ei denunciare*,] Lege: *potest*, ut edit. Flor. (1) quae fuerat consulenda.

Et si denunciaverit, etc.] Add. *L. seq.*

(1) Ibi legitur: *potest ea denunciare*, sed pro *ea* reponendum videri: *ei*, notat Brencm. *h.* Ceterum in edit. Geb. et Spang. etiam perperam legitur: *post ea.*

L. XVII.

§. 1.

Nupsit, vel ignorans.] D. Goth. *in not.* „*Nupsitve ignorans*, Vulg. *Nupsitne ignorans*, Hal. et recte." Imo, male (1).

(1) Add. Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 6. §. 10.

§. 2.

Quasi denunciationem *praecesserit*,] Lege: *denunciatio* (1).

(1) Sic etiam Brencm. *h.* et Hal. quoque ita habere, notat Geb. *ibid.* — In seq. §. 4. pro *sufficereque* procuratoris *denunciationem* Librarium scripsisse: *procuratorem is*, et exemplum adeo ibi exstare correctionis proxime insecutae, notat Brencm. *Histor. Pand.* II. 5. *p.* 154. — In seq. §. 5. verba: *id est, per servum dominus denunciaverit*, Glossatoris esse, putat P. Fab. *Semestr.* II. 24. *p.* 597.

§. 6.

Si absolutus fuerit, mulier per eum vincet, etc.] Aliud in casu *L.* 19. §. 2. *h. t.*

Vel legis auxilio] V. gr. *praescriptionis.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 18. vid. Jac. Lect. *ad Aemil. Macr. de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 78.

L. XIX.

Adulter (1) *diem suum obierit:* etc.] Add. Quinctil. *Declam.* 249.

(1) C. V. Vonck. *Spec. Critic. in Var. auctor. p.* 44. subintelligendum putat: *si.* Quod non necesse: cohaeret enim cum fin. praec. *L.* 17.

§. 2.

Si eo tempore, quo elligebatur reus, adultera nupta non fuit, etc.] Aliud *L.* 17. §. 6. *h. t.*

L. XX.

Patri datur jus occidendi adulterum cum filia, etc.] Facit huc Quinctil. *Declam.* 277. Filiam per se poterat, sed Lex hoc jus dedit patri in adulterum, modo utrumque occideret. Papinian. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 8. ubi Pith. [*not.* 52.]

Sed nec filiusfamilias pater.] Permitti tamen ei filiam occidere in adulterio deprehensam, dicit Paulus, *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. *ult.* (1).

(1) Et *in Sent.* II. 26. §. 2. ubi vid. Schulting. *not.* 11. Add. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 3. *p.* 201.

L. XXI.

Sic eveniet, ut nec pater, nec avus possint occidere:] Sic M. Senec. *Controv.* IX. 5. Ita et differt pater ab avo *L.* 1. *de L. Pompej. de parricid.* Merill. *Obs.* II. 4. Male D. Goth. *in not.*

L. XXII. (1).

(1) §. 1. *In* accusationem *viduae filiae* etc. Cujac. *Obs.* VI. 14. et *ad Papin. Libb. de adulter. in expl. h. l.* legit: *in occisionem.* Vid. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 2. *not.* 12. De quo dubitat Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst.* *in*

in Collat. LL. Mos. et Rom. p. 156. *In accusatione*, Vulg. Sed vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 350. *not.* 7. — Sequitur in §. 2. *Jus occidendi patri permittitur* domi suae, etc. Ergo non in *lupanari*. Vid. Bynkersh. *Obs.* V. 8.

§. 3.

Sed qui occidere potest adulterum, etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 3. *num.* 18. (1).

(1) Ad seq. §. 4. vid. Grot. *in Flor. Sparsion. p.* 261. et Otton. *in Papinian. Cap.* 12. §. 4. *p.* 594. *seq.* Sequitur: *ceterum mariti calor* etc. Si tamen impatientia occiderit, lenius punitur. Paul. *in Sent.* II. 26. §. 5. ubi vid. Schulting. Pro *mariti calor* Schroder. *Obs.* III. 14. *p.* 281. legit: *mariti dolor*. Sed vid. Puttman. *Probab.* I. 5. §. 4. *p.* 54. *seq.*

L. XXIII.

Si in ipsa turpitudine etc.] Vid. Matth. *loc. modo cit. num.* 16. (1).

(1) Et Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 5. §. 2. add. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 23 in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1341. *seq.* et Schroder. *Obs.* III. 14. *p.* 281.

§. 2.

Adultum *inducere.*] Lege: *adulterum* (1).

(1) Sic Vulg. et Hal. Vid. D. Goth. *in not.* — In verbis seq. §. 3. *deprehensam* illo *filiam*, *illo* dicitur pro *illuc.* Vid. Burman. *ad Ovid. Heroïd. Epistol.* XVIII. *vs.* 205.

§. 4.

In continenti filiam occidat,] Facit huc Quinctil. *Inst. Orat.* III. 11. et V. 10. et *Declam.* 277. (1).

Debet enim prope uno ictu, etc.] Facit huc Pric. *ad Luc.* IV. 5.

Quod si non *affectavit*,] *Non* abest a quibusdam Libris, teste Glossa. Sed male.

Sed dum adulterum occidit, profugit filia, etc.] Quid, si evaserit? Vid. Papinian. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 9.

(1) Loca haec citavit quoque Brisson. *ad L. Jul. de adult. Cap.* 3. *Oper. minor. p.* 197. add. Bynkersh. *Obs.* V. 8. Sequitur: *et* post dies *filiam occidat.* Vulg. Hal. *post diem.* Sed vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 22. *p.* 135. *seq.* et Herm. Cannegiet. *ad loc. Collat. cit. p.* 158.

L. XXIV.

Sed non quemlibet,] Vid. Brisson. *ad L. Jul. de adult. Cap.* 4. [*Oper. minor. p.* 197. *seq.*] et singulare jus *Nov.* 117. *Cap.* 15. (1).

Quive libertus ejus mariti, uxorisve patris, etc.] Lege: *uxorisve, patris*, etc. sic Basilic. [*Tom.* VII. *p.* 620.] et recte.

(1) Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Aem. Macr. de Publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 79. *seqq.*

§. 2.

An filiusfam. sit maritus,] D. Goth. *in not.* „Imo, marito filiofam. id non licet. *L.* 20. *h. t.*" Illic agitur de *patre*, non de *marito*.

§. 3.

An patri magistratum occidere liceat?] Quod adfirmat Paulus, *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 2. (1).

Et quid si pater, maritus, etc.] *Maritusve* Al. (2).

(1) Et *in Sent.* II. 26. §. 1. ubi vid. Schulting. *not.* 6.
(2) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. XXV.

Ut viro adulterum in uxore sua *deprehensum*, etc.] Vid. *L.* 23. *h. t.* (1).

(1) Add. Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 5. §. 9.

§. 2.

§. 2.

Sed etsi non in domo sua deprehenderit maritus, poterit retinere.] Lex enim locum non distinguit.

§. 3.

Sed semel remissus (1) *adulter* etc.] *Emissus*, Quinctil. *Declam.* 279. *in fin.* ubi Aerod.

(1) Id est, *dimissus.* Gronov. *Obs.* IV. 2. *Dimissus* legendum, per *L.* 29. *pr. h. t.*, putat van de Water, *in not. MSS.*

L. XXVI.

Ab eo, qui extra maritum ad accusationem admittitur,] An haec sunt a Triboniano, respiciente *L.* 30. *Cod. h. t.*

Accusari mulier etc.] Adulter tamen potest. *L.* 39. §. 1. *h. t.* Sed vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* III. *p.* 63. *seq.*]

L. XXVII.

Et alterum tantum etc.] Vid. §. *ult. h. l.*

§. 6.

Haberi quaestionem Lex jubet de servis ancillisve ejus, de quo etc.] Hic casus a priore diversus.

§. 7.

Interrogandique facultas datur patronis.] Qui et testes interrogabant. Quinctil. *Inst. Orator.* V. 7. (1). D. Goth. *in not.* „Imo, non datur. arg. *L.* 9. §. 2. *de interrogat.*" Aliud.

(1) Add. Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 23. *in fin. Oper. minor. p.* 220.

§. 8.

De eoque *servo* etc.] Lege: *eo quoque* (1).

(1) Ita Taurell. in margine, et Hal. Vid. Geb. *h.* Pari modo Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. *ult.* ope geminationis.

§. 10.

Vel statuta speratur,] D. Goth. *in not.* „*L.* 8. *in fin. de quaestion.*" add. *L.* 19. *eod.*

§. 11.

Jubet Lex, eos homines etc.] Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 5. *not.* 9. (1).

(1) Sequitur: *In proprio*, cui *ususfructus* etc. *Cujas*, ope geminationis, legit J. G. C. Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. serv. am. Cap.* 1. *Sect.* 3. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 290. *in not.* Ad seqq. verba: *Ratio autem publicandorum servorum* etc. vid. Herm. Canneg. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 162.

§. 14.

Publicentur:] Forte: *publicantur*.

§. 15.

Aestimari per Judices Lex damnum voluit,] Id Atheniensium exemplo introductum, putat Scip. Gentil. *Parerg.* I. 13. *in fin.* [in Thes. Jur. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1286.]

§. 16.

Notandum est, quod capite quidem nono (1) *cavetur: si servus adulterii accusetur*, etc.] An tamen poena ordinaria in eo olim servata? Non videtur. Considera *L.* 12. §. 4. *de accusation.* (2).

Duplum pretium domino praestari etc.] Vid. *L. ult. de calumniator.*

(1) Pro *nono* Al. *non*, sed male. Vid. Leonin. *Emend.* III. 12. *num.* 11.

(2) Add. Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 7. §. 1. *seq.* Aliter Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 9. *Oper. minor. p.* 209.

L. XXIX.

L. XXIX.

Cum excusare ignorantiam suam potest,] Lege: *non potest* (1).

(1) Vitium Typographicum est. *Non potest* habet ed. Flor. et aliae etiam editt. Goth. De voce *incredibilitatis*, quae sequitur, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 422. *not.* 4. et Marckart. *Probab. rec. Lect. Part.* I. *p.* 63. *seq.*

§. 1.

Quod ait Lex: adulterii damnatam si quis duxerit uxorem, etc.] Nullum esse hoc matrimonium, putat Struv. *ad Tit. de rit. nupt. Thes.* 29. Male, ut putem (1).

An et ad stuprum referatur,] Non tamen hinc sequitur, verbum *adulterii* pro *stupro* sumi, quod vult Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 1. *num.* 5.

(1) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 1. §. 2. *not.* 9.

§. 3.

Qui quaestum ex adulterio uxoris suae fecerit, etc.] Vid. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 10. (1). Quinctil. *Declam.* 275. Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 17. *Oper. minor. p.* 213. *seq.*

(1) Add. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. *ult. p.* 208. — Ad verba seq. §. 5. *ad Tertyllum et Maximum Consules*, notavit van de Water: „Hi Consules in *Fastis* non reperiuntur, quare inter incertos eos collocat Ant. Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 261. Schol. Basilic. quoque clare hos Consules referunt, *Tom.* VII. *p.* 657. Forte fuere Consules suffecti: alioquin si quid mutandum foret, legerem: *Tertullum et Clementem Consules.* Vid. *L.* 1. §. 1. *de reb. cor. qui sub tutel. sunt*, etc."

§. 8.

§. 8.

Suos libellos accusatorios exspectet,] Id est, *spectet*, ut §. 2. *Inst. vi bon. rapt.* (1).

(1) *Spectet* legendum, putat Hoffman. *Diss. laud. Cap.* 6. §. 7. *in fin.* ubi de hoc loco.

§. 9.

Sine praefinitione hujus temporis accusari posse, etc.] Ergo non probavit Tribonianus *L.* 3. *Cod. Theod. de rapt. virgin.* (1).

(1) Praecedit: *vel mari.* De poena hujus delicti Paul. *in Sent.* II. 26. §. 12. ubi vid. Schulting. *not.* 34. add. *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 5. §. 2.

L. XXX.

Pater sine periculo calumniae non potest agere.] Vid. ad *L.* 14. *in fin. h. t.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 4. *not.* 32.

L. XXXII.

Magis fato, *quam voluntate* etc.] Recte. Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 290.] (1). Al. *facto.*

(1) Add. Duirsema, *Conj. Jur. Civ. Cap.* 4. *in fin. p.* 220. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Aem. Macr. de Publ. Judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 85. *seqq.*

L. XXXIII.

Si quis adulterium a servo suo commissum etc.] Vid. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 5. *not.* 58. *in fin.*

§. 1.

Ex sententia Legis tenetur,] Non verbis. *L.* 29. *pr. h. t.*

L. XXXVI.

Si minor annis adulterium commiserit, etc.] Vid. Matth. *de Criminib. in Proleg. Cap.* 2. *num.* 4. (1).

(1) Add. Ferand. Adduens. *Explication.* L. 46. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 552. *seq.*

L. XXXVII.

Proprii doloris] Vid. ad *L.* 2. §. 8. *h. t.* (1).

(1) Praecedit: *sine voluntate patris.* In *L.* 6. §. 2. *h. t. et invito patre.* add. Puttman. *Probab.* II. 8. *p.* 56. et Idsinga, *Varior. Cap.* 17. *p.* 150.

L. XXXVIII.

Si adulterium cum incesto committatur, etc.] Vid. Brouwer. *de Jur. connubior.* II. 17. *num.* 8.

§. 1.

Et sanguinis cantumelia concurrunt.] Lege: *concurrant.* (1).

(1) Ita Hal. et Vulg. et mavult quoque Brencm. *h.*

§. 5.

Quod cum noverca bona fide etc.] Vid. §. 7. *h. l.*

§. 6.

Incestae nuptiae confirmari non solent; etc.] Edictum Diocletiani et Maximiani *de incestis et illicitis nuptiis* exstat in *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 6. §. 4.

§. 7.

Quae bona fide *intervenit:*] Vid. §. 5. *h. l.*

§. 8.

Si maritus uxorem in adulterio deprehensam, etc.] Vid. Paulus, *in Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. *ult.* (1).

Doloris,] Vid. ad *L.* 2. §. 8. *h. t.*

Non

Non utique Legis Corneliae de Sicariis poenam *excipiet* (2).] Quam fuisse mortem (3), docent seqq. add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 5. *Cap.* 3. Olim id apud Romanos, nec non alibi impunitum. Cujac. *ad Paul. Sent.* II. 26. §. 7. *not.* 23. (4).

Et quia plus fecerit, etc.] *Et magis quia*, Vulg. (5).

(1) Rescriptum hoc explicuit Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XLIV. *p.* 377. *seqq.*
(2) Pro *accipiet*. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 14. *p.* 281. *seq.*
(3) Tempore D. Pii. Pothier. *h. t. num.* 64.
(4) Add. Pothier. *h. t. num.* 65.
(5) *Magis* inserit quoque Hal. et Flor. superadditum. Vid. Brencm. *h.* Nec sic tamen sensum constare, et scriptum forte fuisse: *et quia plus fecerit, quam vindicare se debuerit, puniendus sit*, notat Westenberg. *loc. modo cit. num.* 13. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 10. *p.* 207. legit: *at quia plus fecerit, quoniam quidem ita vindicare se non debuerit*, etc. Van de Water, *in not. MSS.* ait, forte legendum: *non plus.*

§. 9.

Quomodo, si atrocem injuriam passus esset.] Vid. *L.* 7. §. 2. *de injur.*

L. XXXIX.

Licet injuriam suam, etc.] Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 241.]

§. 1.

Tametsi lenocinii vir prior *non postuletur*,] Ergo post divortium haec nupsit alteri ante denunciationem. *L.* 2. *pr. L.* 5. *h. t.* (1). Quod mutatum *L.* 28. *Cod. h. t.* Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 32. *Thes.* 2. *Lit. g. p.* 1253.

(1) Conf. Hoffman. *Diss. ad L. Jul. de adulter. Cap.* 6. §. 10.

§. 3.

§. 5.

Vel *ad domum mulieris*] *Vel*, id est, *etiam.*

§. 6.

Nec *a viro postulari convenit.*] *Nec*, id est, *ne quidem.*
Abolitionem esse necessariam in utriusque personam (1), *respondi.*] Vid. *L.* 1. §. 10. *ad SCtum Turpill.* (2).

(1) Vulg. *persona*, quod praefert Brencm. *h.* Sed vid. notata superius, *Tom.* I. *p.* 5.

(2) Add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 5. §. 25. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 107. — Sequitur in §. 7. *Incesti commune crimen* etc. Haec nota est Martiani ad Papiniani Responsa. Vid. *L.* 7. §. 1. *h. t.*

§. 8.

Si per adulterium incestum esse contractum dicatur.] Vid. Cujac. *Obs.* XX. 17.

L. XL.

Nec quicquam egit, vel jure mariti, vel jure publico, etc.] Ut agunt extranei.

§. 1.

Qui eandem reduxit uxorem?] Vid. *L.* 34. §. 1. *de rit. nupt.*

Et idea ex eadem Lege postea accusandi ei jus non superesse.] Vid. *L.* 2. §. 1. *h. t.* Aliam poenam inflixit Domitianus. Sueton. *in ej. Vit. Cap.* 8.

L. XLI.

Idem Lib. I. *Sententiarum.*] *Lib.* II. Cujac. *ad Paul. Sent.* II. 26. §. *ult. not.* 54. (1).

(1) Sed vid. Schulting. *ibid.* et *ad Lib.* I. *Tit.* 12. *in fin. not.* 14.

L. XLII.

Si is qui jus annulorum impetravit, etc.] Vid. Brisson. *ad L. Jul. de adult. Cap.* 4. [*Oper. minor. p.* 198.]

Aut

Aut in ejus *eive*, etc.] Scil. uxorem. *Eive* mallem abesse. (1).

An impune occidatur?] Juxta *L.* 24. *h. t.*

Et magis probo, subjiciendum poena etc.] Sic et *poenae subjici* in *L.* 5. §. *ult. de extraord. cognition.* et *poenae subduci* in *L.* 2. §. 5. *de jur. Fisc.* add. Bynkersh. *Obs.* IV. 25. *circa fin.*

(1) Alibi *eamve*, notat Pothier. *h. t. num.* 56.

L. XLIII.

Si ex Lege *repudium missum non sit*,] XII. *Tabb.* Cujac. *Obs.* I. 39. (1). Dissentit Hotoman. *Obs.* XIII. 39. Jac. Gothofredus, *ad LL.* XII. *Tabb. in Probation.* et *in not. ad Tab.* VI. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 114. et 174.] intelligit, factum sine justa caussa. Sed quid vetat, Gajum occasione Legum XII. Tabb. egisse et de Lege Julia. (2).

Quia adulterium, inquit, sine dolo malo non committitur:] Vid. *L.* 12. *h. t.* Ergo male Quinctil. *Declam.* 347.

Quanquam dicendum, ne (3) *is qui sciret* etc.] Basilic. [*Tom.* VII. *p.* 628.] ponunt, eum dolo facere. Facit huc Tertullian. *Adv. Marcion.* IV. 34. Nihil tamen mutare ausim, etsi suadeat *L.* 11. §. 12. *h. t.* et sic Matth. *de Criminib.* XLVIII. 3. *Cap.* 2. *num.* 5.

(1) Add. Heinecc. *Antiq. Rom. in Append. Lib.* I. §. 44.
(2) Add. Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 10. *seq.*
(3) Glossam monere, ex quorumdam sententia *ne* expungendum esse, notat Pothier. *h. t. num.* 10. additque, simul etiam expungendum videri verbum illud *dicendum*, legendumque: *quamquam is qui sciret* etc. alios autem pro *ne* substituere: *ut.* Faber, *in Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Princ.* V. *Illat.* 20. pro *dicendum* legit: *videndum.* Van de Water, *in not. MSS.* *verendum.*

T I-

TITULUS VI.

AD LEGEM JULIAM DE VI PUBLICA.

Legem de vi ad *imperium*, ad *majestatem*, ad *statum patriae*, et *omnium salutem* pertinere, ait Cicer. *pro Coelio*, *Cap.* 29. oratorie, et conjungit haec duo (1), *Philippic.* I. 9. et revera in multis concurrunt. Menard. *ad Cicer. Orat. in Verr.* I. 3. — *Publica*, quae et sine armis fit. *L.* 29. *in fin. praec. tit.* De illa vid. et Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 26. §. 3. (2) et Jac. Gothofred. *ad L.* 152. *de reg. Jur.*

(1) *Vis* et *majestatis* crimina. Ceterum, de crimine *vis* variae subinde latae Leges apud Romanos fuere, quas recenset Heinecc. *in Antiq. ad Tit Inst. de publ. judic.* §. 66. *seqq.* minus recte tamen cum aliis *Legem Plautiam de vi* confundens cum *Lege Lutatia de vi*, quae severior fuit, et postea lata. Vid. Ernesti, *in Ind. Leg.* voc. *Plotia*, et voc. *Lutatia.* add. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 69. *not. z.* quamvis hic Legem *Lutatiam* antiquiorem esse putet Lege *Plautia.* Vid. Idem, *ibid.* §. 63.

(2) Et Schulting. *ibid. not.* 18.

L. II.

Excipiuntur autem arma, quae quis promercii (1) *caussa habuerit*, etc.] Quod tunc licuit. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 4. *Cap.* 1. *num.* 4.

(1) D. Goth. *in not.* „*Commercii*, Vulg." Male. Vid. Guther. *de Offic. Dom. Aug. Cap.* 17.

L. III.

In eadem caussa sunt, qui turbae etc.] Qui et *majestatis* possunt teneri. *L.* 1. *ad L. Jul. maj.*

§. 2.

Qui pessimo exemplo convocatu, seditione etc.] D. Goth. *in not.* „*convocata seditione*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1). Facit huc Quinctil. *Declam.* 274.

(1) Van de Water, *in not. MSS.* forte *convocati.*

§. 4.

Qui puerum, etc. *per vim stupraverit.*] Quod capitale (1). Paul. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 5.

(1) Quod forte ex Constitutionibus inductum. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 26. §. 12. *not.* 34. add. Herm. Cannegiet. *ad d. loc. Collat. p.* 163. *seqq.*

§. 6.

Qui hominibus armatis possessorem domo, etc. *dejecerit*, *expugnaverit concursu* (1).] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* IV. *Const.* 13. *Def.* 4. 6. 7.

(1) Τὸ *concursu* perantiquis uncis Flor. inclusum esse, et in quibusdam deësse, notat Brencm. *h.* Sed. G. N. van Zevenhoven, *Diss. de Dub. quarumd. Leg. Lection. Cap.* 6. τὸ *concursu* retinet, sed verba *hominibus armatis* habet pro Glossemate.

L. IV.

Utive id staret,] D. Goth. *in not.* „*id fieret*, Vulg." Et Rob. Steph. (1) recte.

Homines commodaverit (2).] Nihil muto (3).

(1) Etiam Hal. et scripti quoque. Vid. Brencm. *h.* probante et van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 15. *p.* 71. et Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 8.
(2) *Accommodaverit*, Vulg. Vid. D. Goth. *in not.*
(3) Add. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *commodare*, *num.* 3.

L. V.

Quique hominem dolo malo incluserit (1),] Sic et Paul. *in Sent.* I. 7. §. 8.

Qui-

Quive fecerit quo minus sepeliatur,] Vel *sepultus sit.* *L.* 8. *de sep. viol.* Matth. *de Criminib.* XLVII. 6. *Cap.* 2. §. 4. requirit, ut armis hoc sit factum. Non Lex.

(1) *Cluserit* scriptum apud Paul. *in Sent.* V. 26. §. 3. ubi vid. Schulting. *not.* 20.

§. 1.

Si de vi, et possessione, vel dominio quaeratur, ante cognoscendum de vi, quam de proprietate *rei*, etc.] Non de *possessione.* Sed vid. seqq. (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 37. *de judic.* et Otton. *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 17. *seq.*

§. 2.

Qui vacantem (1) *mulierem rapuit*,] *Formam vacantem* Quinctil. *Declam.* 15. [*p.* 307. ed. Burm.] Tacit. *Annal.* XI. 12. *vacuus adulter*: sic et Ovid. *Heroïd. Epist.* 20. *vs.* 149.

Ultimo supplicio punitur.] Add. Amm. Marcellin. XV. 7. et XVI. 5. Hoc esse a Triboniano, respiciente jus novum, putat J. F. Ramos, *in Tribonian. p.* 167. *seq.* sed, an non Constitutiones id jam tunc inducere potuerunt? (2).

(1) Id est, *innuptam.* Pothier. *h. t. num.* 7.
(2) Add. Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 16. *p.* 318. *seq.* Sequitur: *cum raptus crimen* etc. Graecos haec minus recte interpretatos esse, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 9.

L. VII.

Qui cum imperium potestatemve haberet, civem Romanum adversus provocationem *necaverit*, etc.] De qua *Actor. Cap.* 25. add. Paul. *Sent.* V. 26. §. 1. (1) et ex eo Isidor. *Origin.* V. 26. vid. Brisson. de Verb. Sign. voc. *vis*, *num.* 2.

(1) Ibiq. Interpp. Latius de hac *provocatione* Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 4. §. 2. Ad verba: *aut quid in collum injecerit*, etc. vid. Cujac. *Obs.* XI. 22. Sequitur: *si quis eorum quem* pulsasse, et *sive injuriam fecisse, arguetur.* Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 15. *p.* 93. pro *pulsasse et* legit: *pulsasset.* etiam Rucker. *in not. MSS.* qui porro pro *sive injuriam*, ope geminationis, legit: *sive ei injuriam.* G. N. van Zevenhoven, *Diss. de Dub. quarund. Leg. Lect. Cap.* 6. retinet *pulsasse*, sed pro *et sive* legit: *cive.*

L. IX.

Paulus Lib. VII. *ad Edictum.*] Agens forte de *vadimonio deserto.* (1).

(1) Pro *sed etiam* quid *aliud*, etc. Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 6. *num.* 8. ope geminationis legit: *sed etiam qui quid aliud*, etc.

L. X.

Vel is qui potestatem imperiumve habebit, quam *ei jus erit*, etc.] *Aliter quam*, Vulg Hal. Vid. D. Goth. *in not.* et sic quoque edit. 1549. (1).

(1) Pothier. *h. t. num.* 3. tantum haec ita explicat.

§. 2.

Damnato de vi publica aqua et igni interdicitur.] Vid. Paul. *Sent.* V. 26. §. 1. (1) et Tacit. *Annal.* IV. 13.

(1) Ibiq. Schulting. *not.* 6.

L. XI.

§. 1.

Ex quibus singuli homines nocere possunt,] *Ex quibus saluti hominis noceri possit*, Paul. *in Sent.* V. 3. §. 3. concinnius (1).

(1) Add. Schulting. *ibid. not.* 12. *Saluti* legendum, censet quoque van de Water, *in not. MSS.* et verisimile illud esse ait ex seq. §. Herm. Cannegieter. *ad Fragm.*

Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. Cap. 5. in fin. p. 70. legit: *ex quibus singulis homines noceri possunt.* Aliter Jo. Cannegiet, *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit. 2. §. 4. p.* 190.

§. 2.

Qui telum tutandae salutis suae caussa gerunt, etc.] Vid. *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit. 1. §. ult.* (1).

(1) Ubi haec adferuntur ex *Tit. ad L. Corn. de sicar.* Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 3. §. 6. *not.* 22.

L. XII.

Qui nova vectigalia exercent, etc.] Exemplum apud Ciceron. *in Pison. Cap.* 36. Qui nova vectigalia *instituunt*, tenentur de *ambitu. L. unic. §. 3. ad L. Jul. de ambit.* Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. vectig. nov. instit. non poss.*

TITULUS VII.

AD LEGEM JULIAM DE VI PRIVATA.

L. I.

Neve in eum ordinem *sedeat*,] Juxta Cujacium, *Obs.* IX. 16. legeretur melius: *neve in* XIV. *Ordinibus sedeat.* Sed Florentinam tuetur Bynkersh. *Obs.* VI. 15. (1).

Et videlicet omni honore, quasi infamis, ex Senatusconsulto *carebit.*] Cujacius *Obs.* I. 38. verba *ex SCto* rejicit ad seq. §. 1. legens: *Eadem poena adficiuntur, qui ex SCto ad poenam* etc. Rejicit etiam ea ad seq. §. 1. Bynkersh. *d. loc.* sed collocat in initio §[1], legens: *Ex SCto eadem poena adficiuntur*, etc.

(1) Emendationem Cujacii nec probat de Retes, *Miscellan.* l. 23. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 79. *seqq.* ubi

ubi late egit de Sedilibus Ordinum in Spectaculis. Rejicit quoque eam Pothier. *h. t. num.* 13. ſed probat Noodt. *ad Tit. Pand. de his qui not. infam.* non longe a *pr.*

§. 1.

Et *ſi quis ex naufragio* etc.] *Ut ſi quis* etc. Bynkersh. *Obs.* VI. 15. (1).

(1) Probante Pothier. *h. t. num.* 13. et Voorda, et van de Water, *in not. MSS.* — Ad ſeq. *L.* 2. vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 4. *Cap.* 3. *num.* 2. Eadem verba adſcribuntur *Ulpiano* in *L.* 10. §. 1. *tit. praec.* Muret. *Obs. Cap.* 4. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 136.

L. III. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Jac. Lectius, *ad Aem. Macr. de Publ. judic.* in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 87. *ſeq.*

§. 1.

Nec minus hi, qui convocati ſunt, etc.] Aliud *L.* 1. §. 1. *ad L. Jul. maj.*

§. 2.

Per injuriam tamen ex bonis alienis quid ablatum *ſit,*] *Rapina* ſcil. et *vi.*

L. IV.

Paulus Lib. LV. *ad Edictum.*] Agens fortasſe de *injuriis.* Junge *L.* 6. 8. 10. 18. *de injur.*

§. 1.

Et ideo moderatius *edicto Praetoris* etc.] Non temere actione privata publico judicio praejudicandum. Facit huc *L.* 7. §. 1. *de injur.* Cujac. *Obs.* XXIV. 16.

L. V.

Ulpianus Lib. LXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *L.* 3. *de vi et vi arm.*

L. VI.

L. VI.

Ut quidquid ex condemnatione in rem ipsius *redactum fuerit.*] Qui egit, (1),

(1) Add. Gluck. *ad Tit. de postuland.* §. 370. *p.* 120. *not.* 40. De *SCto Volusiano*, cujus hic mentio fit, vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 27. et auctores ibi laud. add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 128. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1242.

L. VII.

Optimum est, ut si quas (1) etc.] Hegesipp. *de Excid. Hier.* II. 1. *Non petendo, sed usurpando, quae in petitione consisterent, etiam in pecuniariis caussis praejudicari solere, ut praeposteri litigatores caussa cadant.*

(1) Decretum hoc D. Marci late exposuit Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXXIX. add. notata superius ad *L.* 13. *quod met. causs.* — Ad seq. *L.* 8. conf. locum Paul. *in Sent.* V. 26. §. 4. ibiq. Interpp. add. Jo. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* . *p.* 136. *seq.* et C. F. Walch. *Exercit. de Histor. Jur. Civ. de vindict. privat.* §. 3. in ej. *Opusc. Tom.* I. *p.* 398.

TITULUS VIII.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIIS (1).

Unde *sicariorum* nomen (2), et de *sicae* forma Brisson. *Select. Antiq.* II. 11. (3). — Erant hi Romae multi Sullae tempore. Cicer. *pro Rosc. Amerin. Cap.* 33. et alibi. — De ipsius Sullae homicidiis Senec. *de Provident. Cap.* 3. et *de Benefic.* V. 16. — *Sicarios* et *veneficos* jungit Cicer. *de Offic.* III. 18. — *Veneficiis.* D. Goth. *in not.* „*veneficis*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (4).

 (1)

(1) Conf. ad *h. t.* Paul. *Sent.* V. 23. et *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. ibiq. Interpp. add. Hier. Melch. Vockeſtaert. *Diss. de L. Cornel. Sulla Legislatore*, ubi *Cap.* 6. de hac Lege Cornelia ejusque historia egit. Lugd. Batav. 1816. Alios etiam citat Haubold. *in Epicr. Oper. Hein. Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 57. *seqq.* add. Clar. C. J. van Assen, *Diss. de M. Tullii Ciceronis Oratione pro A. Cluentio Avito.* 1809.

(2) Add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 352. et Interpp. *ad* §. 5. *Inst. de publ. judic.*

(3) Add. Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 14.

(4) Et Taurell. in margine. Ceterum quaestionem *veneficii* eundem quidem auctorem habuisse ac quaestionem *de sicariis*, eademque rogatione fuisse comprehensam, sed diversis capitibus, atque verisimile esse, diversos habuisse Judices diversosque Praetores, notat Pithoeus, *ad Collat. loc. cit.* §. 3. *not.* 5. add. Ferrat. *Epistol.* I. 12. et 15. *pr.*

L. I.

Qui hominem occiderit:] Modi sunt innumeri. Quinctil. *Declam.* 350. An etiam, qui se? Negat Quinctil. *Declam.* 329. recte. (1).

Quive hominis occidendi, furtive faciendi caussa cum telo ambulaverit:] Vid. Cicer. *pro C. Rabir. perduellionis reo*, *Cap.* 6. et *pro Milon. Cap.* 4. Coquis cum eo esse licuit. Plaut. *Aulular.* III. 2. *Vs.* 2. *seq.* (2).

Quive cum magistratus esset, etc.] In Plebejos hoc non est ausus sancire Sulla. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 55. 56.

Publicove judicio praeesset,] Quod et privatis datum. Cujac. *Obs.* XXI. 30. De *Judice quaestionis* §. 1. *h. l.*

Quo quis falsum indicium *profiteretur*,] D. Goth. *in not.* „Al. *judicium.*" Male. (5).

Ut quis innocens conveniretur,] *Circumveniretur*, *L.* 3. §. 4. *h. t.* Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. L.* 80. §. 5. *de furt.* Facit huc Cicer. *pro Cluent. Cap.* 53.

33. Apud Senatum talia judicata suo tempore, testis est Plinius, *Epistol.* II. 11.

(1) Add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 5. *num.* 3.
(2) Add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 58.
(3) Add. Bynkersh. *Obs.* I. 6. G. Forner. *Select.* III. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 122. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. Cap.* 25. Nic. Catharinus, *Obs.* II. 57. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 782. τὸ *judicium* forte delendum ait.

§. 1.

Qui hominis necandi caussa venenum confecerit, etc.] Facit huc *L.* 3. *pr. h. t.* Crimini datum id in domo habuisse. Tacit. *Annal.* IV. 21.

Quive falsum testimonium etc.] Vid. Goris, *ad Consuet. Velav. Cap.* 4. *Art.* 1. *Gloss.* 5. 6.

Quive magistratus Judexve quaestionis (1) sub *capitalem caussam* etc.] *Ob capitalem caussam*, Rob. Steph. recte. (2).

(1) De eo Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 3. add. Noodt. *de Jurisd. et imper.* II. 5. et Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 30. *seqq.*
(2) Sic etiam Herm. Cannegiet. *d. loc.* et Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 9.

§. 2.

Non habita differentia, cujus conditionis hominem interemit.] Vid. Cicer. *pro Milon. Cap.* 7. *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 3. *in fin.*

§. 3.

Si non occidendi animo hoc admisit,] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 5. *Cap.* 3. *num.* 14.

Et qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum:] Vid. Mornac, *ad L. 2. quod quisq. jur. in alt. stat.* Goris, *ad Consuet. Velav. Cap.* 3, *Art.* 15. *Glosf.* 2.

Et ex re (1) *constituendum hoc: nam si gladium strinxerit* (2), *et in eo percusserit*, etc.] Pro *et eo*, Graeco more. Pric. *ad Luc.* XXII. 49. (3).

Sed si clavi (4) *percussit*,] Conf. *L.* 6. §. 6. *de re militari.* G. Forner. *Selection.* III. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 110.]

Aut cuccuma] Sic et in *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 6. Joh. Meursius, *in Glossar.* voce κουρκούμιον, legit: *curcuma* (5).

In rixa, quamvis ferro percusserit, tamen etc.] Noodt. *Probab.* IV. 7. legit: *aut ferro in rixa; quamvis percusserit, tamen* etc. vel, *aut in rixa ferro; quamvis percusserit, tamen* etc. probante Graevio, *ad Cicer. de Offic.* I. 8. et hanc emendationem contra Ulr. Huberum tuetur Noodt. *ibid. Cap. seq.* (6). De verbo *ferrum* Cur. Fortunatian. *Art. Rhet. Lib.* II. (7).

Qui in rixa causa *magis*, etc.] D. Goth. *in not.* „Legendum: *casu.*" recte. Sic Glosf. et Noodt. *d. loc. Cap.* 7. (8).

(1) Id est, *ex facto*, seu, *ex circumstantiis rei.* Schulting. *ad loc. Collat. cit. not.* 20.

(2) Pro *strinxerit.* Bynkersh. *Obs.* VIII. 2.

(3) Add. Schulting. *loc. modo laud. not.* 23. Noodt. *loc. cit.* Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 40. *seq.* Jo. Cannegiet. *ad Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 6. *p.* 180. *seq.*

(4) *Lapide*, *Collat. LL. Mos. et Rom. d. loc.* ubi vid. Schulting. *not.* 24.

(5) Sed vid. Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 25. De *cucuma* vid. quos citat C. V. Vonck. *Specim. Critic. p.* 34. et Herm. Cannegiet. *loc. modo cit. p.* 41. add.

D. J. van Lennep. *Exercit. Jur. Exerc.* 6. *p.* 61. *seq.*

(6) Eamque non improbat Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 26. non tamen negans, in quaestione de intentione etiam ex instrumento indicium fieri posse, *ibid. not.* 21. add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 5. *Cap.* 3. *num.* 15. Late de hoc loco egit quoque van de Water. *Obs.* I. 17. Vid. et Herm. Cannegiet. *loc. laud. p.* 40. et Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. *p.* 407. qui nihil corrigit, sed ante *tamen* subintelligit: *si*. Sed quum in *Collat. loc. cit.* legatur: *aut cum forte rixaretur, ferro percussit*, fortasse rectius legeretur: *aut in rixa, quamvis ferro percusserit*, vel etiam non repetita particula *aut*, simpliciter hunc in modum: *sed si clavi percussit, aut cucuma* (*in rixa, quamvis ferro percusserit*) *tamen* etc.

(7) Add. Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 26. et Noodt. *loc. cit.*

(8) Vid. et Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 11. *not.* 55. et Puttman. *Miscellan. Cap.* 22. *in fin. p.* 211. et *p.* 344. *in not.*

§. 4.

Eum qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum.] Vid. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 1. *num.* 7. (1). Quid, si extraneis? Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 5. *Cap.* 2. *num.* 12.

(1) Et Interpp. *ad Paul. Sent.* V. 23. §. 8.

§. 5.

Sed et in eum, qui uxorem deprehensam in adulterio occidit, etc.] Vid. *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 10.

L. II.

Inauditum filium pater occidere non potest, sed accusare eum etc.] Vid. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de emend. propinquor.* et Ramos, *in Tribonian. p.* 325. *seqq.* sed caute. Olim pater ipse erat Judex. Senec. *de Clement.* I. 15. et *de Benefic.* III. 11. (1).

(1)

(1) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de his qui sui vel. al. jur. sunt*, § 4. et *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 8. *not.* 48. Egit de hoc loco etiam Calder. *Var. Lection.* III. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 629. et Bynkersh. *de Jur. occid. liber. Cap.* 4.

L. III.

Ejusdem Legis Corneliae etc. Capite quinto, etc.] Ergo plura fuere, quam *tria*: quot statuit Jac. Gothofred. *ad L. ult. Cod. Theod. ad L. Cornel. de fals.* [*not. n. Tom.* III. *p.* 183.] (1). Conf. cum his verba Legis Semproniae apud Cicer. *pro Cluentio, Cap.* 54.

Vel habuerit,] Vid. ad *L.* 1. §. 1. *h. t.* (2).

(1) Plura Capita recenset Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 73. et Hoffman. *Histor. Jur. Lib.* I. *p.* 111. *seq.*
(2) Idem in Graecia vetitum. Rad. Forner. *Rer. quotid.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 176. — Ad seq. §. 2. vid. Grot. *in Flor. Spars. p.* 262. *seq.* Ant. Guib. Costan. *Quaest. Jur. memorab. Cap.* 16. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 425. *seq.* Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *venenum.*

§. 3.

Alio SCto effectum est, ut pigmentarii, etc.] De his Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 423. *not.* 8. (1).

Pituocampas,] Vid. Plinium, *Hist. Nat.* XXIII. 2. et XXIX. 4.

Aut bubrostim,] D. Goth. *in not.* „*buprestin*, Hal." Sic Plin. *Hist. Nat.* XXIII. 4. et XXVIII. 9. ubi Harduin. Unde dicta, *ibid.* XXX. 3.

Et id, quod lustramenti caussa, dederint cantharidas.] D. Goth. *in not.* „*Cantharidas, aut quid lustramenti*, Hal." Sic constructio commodior. Sed Rob. Steph. nihil mutat, et si post *caussa* ponatur (,) ferri potest Lectio Vulgata (2). De *lustramento* Casaubon. *ad Theophrast. Charact. p.* 358. et Scip. Gentil. *Parerg.* I. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1283.] (3).

(1)

(1) Late hanc Legem ejusque singulas voces explicuit Costan. *loc. modo cit.* add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 129. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1243.
(2) Grotius *in Flor. Spars. p.* 263. *aut ni quid lustramenti causa dederint*, etc. Pothier. *h. t. num.* 16. cum Haloandro vocem *cantharidas* transponit.
(3) Vid. et Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1431. *seq.*

§. 4.

Item is, cujus familia, sciente eo, adipiscendae, recuperandae *possessionis caussa arma sumserit:*] *Retinendae caussa* licet. (1).

Qui auctor seditionis *fuerit*,] Non *rixae* tantum. Wissenbach. *in Disp. ad Pand. Tit. ad L. Aquil.* §. 13.

Quo quis innocens circumveniretur,] Vid. *L.* 1. *pr. h. t.*

(1) Add. Grotium, *in Flor. Spars. p.* 264.

§. 5.

Legis Corneliae de sicariis et veneficis poena insulae (1) *deportatio est* (2),] Add. Paul. *in Sent.* V. 23. §. 1.

Et omnium bonorum ademtio:] Ramos, *in Tribonian. p.* 343. male hanc adscribit Legi Corneliae. (3).

Sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, ut *poenam Legis sustineant:*] D. Goth. *in not.* „*quam ut*, Vulg. Hal.” Male (4).

Humiliores enim solent vel bestiis subjici (5),] *In crucem tolli, vel bestiis subjici*, scripsit Paulus. Vid. Paul. *in Sent.* V. 23. §. 1. et Raevard. *Conject.* I. 16. (6).

Altiores vero deportantur in insulam.] Vid. *L.* 16. *h. t. L.* 15. *de poen.*

(1) Pro *in insulam.* Vid. Bynkersh. *Obs.* I. 21.
(2) *Aquae et ignis interdictio*, cujus vice successit *deportatio.* Cujac. *ad loc. Paul. cit. not.* 2. Heinecc. *in An-*

Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic. §. 58.

(3) Add. H. M. Vockestaert. *Diss. supra laud. Cap.* 6. §. 9.

(4) Conf. Pothier. *h. t. num.* 21.

(5) De hac poena vid. quos citat Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 27.

(6) Add. Schulting. *ad Paul. Sent. loc. cit. not.* 10. et in *Diss. ad L.* 1. §. *ult. de quaestion.* §. 15. adj. ej. *Enarrat. Part. prim. Pand.* Aliter Herm. Cannegiet. *loc. modo cit. p.* 25. *seq.* qui *τὸ vel* accipit pro *etiam.* Pari modo van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 57. ubi late de hoc loco. Aliter rursus Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 2. *p.* 177. qui pro *vel* legit: *aliquando*, errorem ex siglis natum putans.

§. 6.

Quasi hostes *interficere.*] D. Goth. *in not.* „Hinc dicuntur jure belli recipi etc." Aliud.

L. IV.

Eorum quid fecerit contra hominis necem,] Facit huc *L.* 7. §. 3. *ad L. Jul. repetund.*

§. 1.

Cum quidam etc.] Plene hoc in *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 11. ubi vid. Pith. (1).

Per lasciviam] Quae a *dolo* differt. *L.* 11. *de incend. ruin. naufrag.*

Caussam mortis praebuisset,] Non hoc ipsum agens. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 2. *num.* 11.

(1) Et Schulting. ab eoque citati Bynkersh. *Obs.* II. 5. van de Water, *Obs.* I. 16. aliique. add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 150. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1244. Herm. Cannegiet. *ad d. loc. Collat. p.* 59. *seqq.* Jo. Cannegiet. *ad Collat. d. loc. p.* 185. *seq.* Adr. Henr. Mollerus, *Diss. selecta quaed. contin. Cap.* 6. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 146. *seq.*

§. 2.

Idem D. Hadrianus rescripsit: constitutum quidem est, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Brisson. *Select. Antiq.* II. 21. (1).

Ne spadones fierent,] D. Goth. *in not.* „Amm. Marcellin. *Lib.* XIV. refert, Semiramidem primam omnium mares castrasse." Dissentiunt alii. Vid. Lindenbrog. et Vales. *ad Amm. Marcellin. d. loc. p.* 26. — In Aegypto eos factos consensu Praefecti, scribit Justin. Martyr. *Apolog.* II. *p.* 71.

Et qui hoc crimine tenentur, si non adfuerint, de absentibus quoque, etc. *pronunciandum esse.*] An ergo hoc permisit Lex Cornelia? Conf. Herald. *de Rat. judic. auctor.* I. 11. *num.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1134.] qui accipit de casu litis contestatae (2).

Plane si ipsi, qui hanc injuriam passi sunt, proclamaverint, etc.] Vid. Coler. *Parerg. Cap.* 13. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 566. *seq.*]

Ac si quis adv. edictum meum fecerit, medico quidem, qui exciderit, capitale erit: etc.] Vid. Paul. *Sent.* V. 23. §. 13. Facit huc Varro apud Non. Marcell. voc. *eunuchare.*

(1) Et Interpp. *ad Paul. Sent.* V. 23. §. 13. In Imperio Romano castrationem vetuit Lex Cornelia, sed barbarae gentis eunuchos invehere in orbem Romanum, ibique emere et vendere, nunquam fuit prohibitum. Bynkersh. *Obs.* IV. 5. Late de *eunuchis* et *spadonibus* Schroder. *Obs.* III. 15. *p.* 283. *seqq.* add. Interpp. *ad Sueton. in Domitian. Cap.* 7. Nic. Rigalt. *ad Phaedr. Lib.* III. *Fab.* XI. Noordkerk. *Disq. de L. Petron. Cap.* 3. §. 14.

(2) Herm. Cannegiet. *Obs.* I. 9. *p.* 57. abrogatum hoc putat *L.* 1. *pr. de requir. vel absent. damn.*

L. V.

Ad Ninium Hastam.] Meminit ejus Inscriptio duplex apud Gruter. *p.* 214. 215. (1).

(1) Add. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 34. Vid. ad hanc Legem Ferand. Adduens. *Explication.* I. 47. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 553. *seq.* — Ad seq. *L.* 6. vid. H. Oosterdyk. *ad Fragm. quae ex Venul. Saturn. Libb. de offic. Proconf. superf. Cap.* 2. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 480. *seqq.* add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 151. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1244. *seq.*

L. VII.

Paulus Lib. Sing. de publicis Judiciis.] Quibus praeerant Quaesitores.

In Lege Cornelia dolus pro facto *accipitur:*] Nec apud Quaesitorem ex hac Lege aliud quam *dolus* quaeri potest. (1).

Nec in hac Lege *culpa lata pro dolo accipitur.*] Nec in aliis. Male Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 76. *error.* 5. *in fin.* refutatus a Bachov. *de Action. Disp.* II. *Thes.* 14.

Quare si quis alto se praecipitaverit, etc.] Hunc casum ad *latam culpam* male referri, putat Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 32. *Thes.* 6. *Lit. a. p.* 1273. Sed dicamus, id hic non fieri, sed hoc referendum ad casus, ubi abest dolus.

Ad hujus Legis coërcitionem non pertinet.] Vid. Forner. *Selection.* I. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 17. *seq.*] Sed extra ordinem poterit coërceri. *L.* 13. *de poen.* Paulus, *in Sent.* V. 23. §. 12. ait, putatorem *in metallum damnari.*

(1) Late haec exposuit van de Water. *Obs.* I. 16.

L. VIII.

Ulpianus Lib. XXXIII. *ad Edictum.*] Ubi de *divortiis* egit (1).

Quo

Quo partum abigeret,] Odio viri, ut *L.* 4. *de extraord. crimin.* (2). Quaedam Zach. Huber. *de L. Regia,* *Cap.* 4. [in ej. *Diss. Jurid. et Philolog. Part.* I. *p.* 257, *seqq.*] quae non valde probo.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 24. §. 7. *not.* 13.
(2) Add. Schulting. *d. loc.* et Noodt. *Amic. responsion.* circa fin. Quod additur: *eam in* exilium *Praeses* etc. ad *humiliores* pertinere, putat Otto, *de Aedil. Colon. et Munic. Cap.* 5. §. 5. *p.* 158.

L. IX.

Idem Lib. XXXVII. *ad Edictum.*] Agens de *Lege Aquilia.* Noodt. *Probab.* I. 9. *num.* 6. (1).

Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit.] Id Lex XII. Tabb. nusquam exigit. Cicer. *pro Milon.* non longe ab initio. Macrob. *Saturnal.* I. 4. et alii multi. Sed huic derogat Lex Aquilia. *L.* 1. *ad L. Aquil.* Aliter Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. in Probation. Tab.* II. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 84.] non bene. (2).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 23. §. 9. *not.* 36. et *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 7. §. 2. *not.* 3. et Reinold, *Orat. de Leg. Inscription.* §. 8. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 193.
(2) Add. notata superius ad *L.* 4. §. 1. et *L.* 5. *pr. ad L. Aquil.*

L. X.

Idem Lib. XVIII. *ad Edictum.*] Agens de *Lege Aquilia*

L. XI.

Circumcidere Judaeis filios suos etc.] Facit huc Spartian. *in Hadrian. Cap.* 14. ubi Casaubon. (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 22. §. 4. *not.* 15. Bynkersh. *Diss.* II. *de religion. peregrin.* Vs. *Judaeas etiam* etc. Noordkerk. *Disq. de L. Petron. Cap.* 3. §. 14.

§. 1.

Servo sine Judice (1) *ad bestias dato, non solum qui vendidit, etc.*] D. Goth. *in not.* „ Privato: aliud, si magistratui, etc. Idque innuere videtur Juvenal. *Satyr.* VIII. *Vs.* 192. *seqq.*" Agit is de liberis hominibus, qui se vendebant.

(1) Id est, nulla caussa dicta coram Judice. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 289.

§. 2.

Post Legem Petroniam (1), etc. *dominis potestas ablata est ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere:*] Vid. Spartian. *in Hadrian. Cap.* 18.

(1) *Paetiniam* legit P. Faber, *Semestr.* II, 11. male. Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 229. et *in Antiq. ad Tit. Inst. de his qui sui vel. al. jur. sunt*, §. 5. *in not.* et Noordkerk. *de L. Petron. Cap.* 3. *p.* 78. *seqq.* ubi late de hoc §., de quo vid. et Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 29. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 191. Egit etiam de hac *Lege Petronia* D'Arnaud. *Diss. de Jur. Servor. Cap.* 7.

L. XII.

Cum alterum innocentia consilii tuetur,] Vid. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 2. *num.* 2. (1).

Alterum fati infelicitas excusat.] Vid. Matth. *d. loc. num.* 5. Quid, si ante furorem deliquerint? Vid. Matth. *ibid. num.* 7.

(1) Add. Fabrot. *Exercit.* IX. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1205. *seqq.*

L. XIII.

Qui mala sacrificia (1) *fecerit, habuerit.*] Vid. Merill. *Obs.* VIII. 4. Non recte Mercer. *Opinion.* II. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1583. *seq.*

(1)

(1) *Sacra impia, nocturnave*, Paul. *in Sent.* V. 23. §. 15. ubi vid. Schulting. add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 58.

L. XIV.

In maleficiis voluntas spectatur, non exitus.] Duo haec (1) sola in omni crimine spectari, ait Quinctil. *Declam.* 13. [*Cap.* 14. *p.* 289. ed. Burm.] — Cicer. *pro Milon. Cap.* 7. ubi Comm. M. Senec. *Controv.* V. 32. Senec. *de Constant. sapient. Cap.* 7. ubi Lips. et *de Benefic.* V. 14. Tertullian. *de Poenitent. Cap.* 3. add. Rittershus. *Sacr. Lect.* VII. 12. Cujac. *Obs.* XV. 25. et XIX. 10. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. [§. 7. *not.* 30.] Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. ad L. Jul. de ambit.* [*Tom.* III. *p.* 225.] Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. *num.* 2. (2). — Bynkershoek. *Obs.* III. 10. *maleficia* intelligit *veneficia.* (3).

(1) *Animum* scil. et *eventum.* Nec alia esse videtur mens Hadriani in hoc rescripto, et verba adeo: *non exitus*, interpretanda: *non solus exitus.* Conf. Gluck. *ad Tit. de Justit. et jur.* §. 6. *p.* 67. *not.* 91. Pari fere modo Rucker. *in not. MSS.* qui ad verbum: *voluntas*, adscripsit, *scil. etiam*, et ad verba: *non exitus*, *scil. tantum.* Paulo aliter Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 7. *p.* 184.

(2) Add. Grot. *in Flor. Spars. p.* 264. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 23. §. 3. *not.* 15. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 44. *seq.*

(3) Quod non damnare videtur Pothier. *h. t. num.* 18.

L. XV.

Ulpianus Lib. VIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 23. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 227.] et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 98. *et* 342.

§. 1.

'Ο ἐντειλάμενός τινι φονεῦσαι, ὡς φονεὺς κρίνεται, etc.] Non est in Flor. (1).

(1) Nec in Vulg. Codicibus, sed ex Basilic. hic repositum. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 23. §. 11. *not.* 39. add. Leunclav. *Notator.* II. 110 in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1527. — An etiam mandator vulneris? Vid Voet. *ad h. t. Pand.* §. 5. Aliter Matth. *de Criminib.* XLVIII. 5. *Cap.* 5. *num.* 16.

L. XVI.

Qui caedem admiserunt sponte (1) *dolove malo, in honore* aliquo *positi, deportari solent,*] Facit huc *L.* 3. §. 5. *h. t.* *In honore alto*, Noodt. *Obs.* I. 1. (2).

Facilius hoc in Decuriones fieri potest: etc.] Obstat *L.* 15. *de poen.* Forte Modestini tempore aliud obtinuit (3). add. *L.* 6. §. 2. *de interd. et releg.*

Nisi forte tumultus etc.] Vid. *L.* 6. §. 9. *de inj. rupt. irr. fact. testam.*

(1) Id est, *luxuria, lascivia,* juxta van de Water, *Obs. Jur. Rom.* I. 16. *p.* 88.

(2) Probante Reinold. *Orat. de Leg. Inscription.* §. 8. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 192. *in not.* Sed vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 23. §. 1. *not.* 9. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 14. Nic. van Alphen, *Diss. ad L.* 100. *de verb. sign.* §. 15. *p.* 46. Lugd. Batav. 1741.

(3) *Ad Paul. Sent. loc. modo cit.* illud *hoc* non refert ad *poenam capitis*, sed de *poena deportationis* accipit. Pari modo Voorda, *Elector. Cap.* 6. et van Alphen, *loc. modo laud.* Egerunt de hoc loco etiam Wieling. *in Lection. Jur. Civ.* II. 14 et *in Praetermiss. ad Reinold.* in *Jurispr. restit. Part. poster. p.* 241. *seq.* Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p* 26. Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom Tit.* 1. §. 2. *p.* 177. qui pro *Decuriones* substituendum putat: *defectores.* Quaedam ad hanc Legem notavit quoque F. G. Boers. *de*

de Anthropolog. JCtor. Rom. Sect. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 125. *seq.* eamque explicuit Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 145. *seq.*

L. XVII.

Si in rixa percussus homo perierit, etc.] Plenius hic locus exstat in *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 7. (1) ubi de poena. — Vid. Mev. *ad Jus Lubec.* IV. 8. 8. (2). Exemplum insigne in vita Ruteri. *Biblioth. Univ. Tom.* IV. *p.* 23. De jure Hebraeorum forensi Selden. *de Jur. Nat. et Gent.* IV. 1.

(1) Et in Paul. *Sent.* V. 23. §. 4. ubi vid. Schulting. add. Petr. Burg. *Elector. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 518. et Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 46.

(2) Add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 5. *Cap.* 3. *num. ult.* Sand. *Decision.* V. 9. *Def.* 5. Voet. *ad h. t. Pand. num.* 7.

TITULUS IX.

DE LEGE POMPEJA (1) DE PARRICIDIIS.

De atrocitate Cicer. *pro Roscio Amer.* Quinctil. *Declam.* 377. — Quaedam alicubi impunita fuisse, ait Bardesanes apud Euseb. *Praepar. Euangel.* VI. 10. *p.* 276.

(1) *De Cn. Pompejo Magno, et de Legibus ab eo latis* Dissertatio est H. A. C. Chais van Buren. Lugd. Batav. 1823. ubi *Part.* III. *Cap.* 3. quaedam notavit de hac Lege. Alii citantur apud Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 86. *De parricida non confesso ad locum Sueton. in Aug. Cap.* 33. Dissertatio est Petri de Toullieu, in ej. *Collectan. p.* 414. *seqq.* et Dissertatio Zach. Huberi *de poena parricidii, qua exponitur ele-*

gans locus Suetonii, in Aug. Cap. 35. exstat in ej. *Diss. Jurid. et Philolog. Tom.* I. *p.* 206. *seqq.*

L. I.

Lege Pompeja de parricidiis etc.] Quae *Corneliam* extendit (1). Vid. ad *L.* 3. *h. t.*

Fratrem,] *Fraternum parricidium*, Cicer. *pro Cluent. Cap.* 11.

Patruelem, matruelem,] D. Goth. *in not.* „ *Fratres patrueles* sunt, qui ex eodem patre: *matrueles*, qui ex eadem matre. Cujac. *Obs.* VI. 17." Sic Plaut. *in Prolog. in Poenul. Vs.* 59. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 11. §. 4. ex emendatione Cujacii. (2).

Ut poena ea teneatur, quae est Legis Corneliae de Sicariis.] *De parricidiis*, Noodt. *Probab.* I. 11. (3). Quod tamen non necesse, et eadem Lege de hoc etiam crimine actum esse potuit: quod et probat M. A. Ferrat. *Lib.* I. *Epist.* 15. et Menard. *in arg. Orat. Cicer. pro Rosc. Amer.* et *ad Cap.* 5. (4) et potuere eadem Lege duo judicia constituta esse, quorum meminit *L.* 2. §. 33. *de orig. jur. De sicariis* a Triboniano esse, putat J. F. Ramos, *in Tribonian. p.* 168.

Sed et mater, *quae filium* etc.] Non *pater*, jure potestatis. Bynkersh. *Opusc. de jur. occid. liber. Cap.* 3. Vs. *Succedant Leges Romanae* etc. (5).

Et avus qui nepotem *occiderit.*] Non *neptem. L.* 21. *ad L. Jul. de adulter.* ubi vid.

Et praeterea etc.] Junge *L.* 3. *h. t.*

(1) Ad alia genera caedis in propinquis factae. add. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 86. et Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 60.

(2) Add. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1565. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 6. *Cap.* 1. *num.* 4. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 2. Sequitur: *generum, socrum.* Herm. Cannegiet.

giet. *Obs.* I. 18. *p.* 118. ope geminationis, legit: *generum*, *socerum*, *socrum.*

(3) Etiam Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 1. et Waechtler. *Opuscul. p.* 219.

(4) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 24. *not.* 3. Heinecc. *in Antiq. loc. modo cit. in not.* Pothier. *h. t. num.* 2. *Lex Cornelia* hic appellatur *de sicariis* a prima ejus parte, quamvis proprie respiciatur ad illud ejus Legis caput, quod erat *de parricidiis.* Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 13. *p.* 306. add. Arntzen. *Obs. Syllog. Cap.* 1. in *Act. Societ. Traject. Tom.* I. *p.* 113. *seq.* et Vockestaert. *Diss. de L. Corn. Sulla Legislatore*, *Cap.* 6. §. 7. *p.* 139. Aliter Cujac. *ad Paul. Sent. loc. cit. not.* 1. et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 2.

(5) Add. Schulting. *ad d. loc. Paul. not.* 2.

L. II.

Frater autem ejus, qui cognoverat tantum, nec patri indicaverat, relegatus est,] Non ergo hic est *conscius*; *L.* 6. *h. t.*

Et medicus *supplicio affectus.*] Hunc servum occisi fuisse, putat Ramos, *in Tribonian. p.* 222. (1).

(1) Potius putem, rationem gravioris supplicii esse, quod medicus *particeps sceleris* est.

L. III.

Marcianus Lib. XIV. *Institutionum.*] Junge *L.* 1. *h. t.*

Sed sciendum est, Lege Pompeja etc.] Quae *Corneliae* videtur quid adjecisse.

De consobrino comprehendi (1):] Verbis Legis. D. Goth. *in not.* „*Sub consobrino etiam eos pariter complecti; qui pari propioreve gradu sunt*, Hotoman. *Obs.* V. 52." Pessime (2).

Sed non *etiam eos* etc.] *Non* delet Matth. *de Criminib.* XLVIII. 6. *Cap.* 1. *num.* 5. Sed vid. Bynkersh. *Obs.* I. 4. Res satis facilis.

Propriove] Forte *propioreve*. (3).

(1) Hal. et Vulg. *comprehensum esse*, et ita Flor. factum. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Jauch. *de Negation. p.* 216. Pothier. *h. t. num.* 2.
(3) Ita van Eck. *ad h. t. Pand.* §. 3. et Pothier. *d. loc.*

L. IV.

Ut liberorum sponsi (1), *generorum appellatione continentur.*] Facit huc Brouckhus. *ad Tibull.* II. 2. 11.

(1) D. Goth. *in not.* „Lege: *liberi desponsi.*" Sed vid. Forster. *Obs. succisiv.* l. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 908. et Pothier. *h. t. num.* 2.

L. V.

Cum in venatione filium suum quidam necaverat,] Alterius, qui id flagellis fecerat, meminit Senec. *de Clement.* I. 14. Rectius ille apud Val. Maxim. V. 9. 1.

Quod latronis magis, quam patris jure *eum interfecit:*] Vid. Freher. *Parerg.* l. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 891.] *Jure*, id est, *more.* Ita *νόμος* apud Euripid. *Orest. vs.* 571. Lucian. *Abdicat. pr. et p.* 710. Sic Quinctil. *Declam.* XII. [*Cap.* 9. *p.* 250. ed. Burm.] (1). Contra *mos* pro *jure*, Virgil. *Aeneid.* XII. *Vs.* 836. ubi Serv.

(1) Ubi vid. Burman. add. Herm. Cannegiet. *Obs.* IV. 1. *p.* 342. Disputarunt de hac Lege Noodt. *ad Tit. Pand. de his qui sui vel al. jur. sunt.* Vs. *Mitto dominicam potestatem* etc. et *Amic. responsion.* Vs. *Tandem venio ad Hadrianum* etc. et Bynkershoek. *Opusc. de jur. occid. liber. Cap.* 4. et *in not. ad amic. responsion. Noodtii*, §. 24. Cum Noodtio facit Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de his qui sui vel al. jur. sunt*, §. 4.

L. VI.

Et ait Maecianus, etiam conscios *eadem poena adficiendos,*]

dos,] Qui hic sunt *participes sceleris.* Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 3. *Cod. Theod. ad L. Cornel. de Sicar.* [*Tom.* III. *p.* 105.] (1).

(1) Add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 6. *Cap.* 1. *num. ult.* Aliter Voet. *ad h. t. Pand.* §. 5. Vid. et Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* III. 17.

L. VII.

Idem Lib. XXIX. *ad Edictum.*] Agens de *SCto Macedoniano.*

L. IX.

Poena parricidii (1)] *Nova* dicitur Justiniano, §. 6. *Inst. de publ. judic.* id est, mira, stupenda. Otto (2), *Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 13.

More majorum] Jam usitata sub Tarquinio Prisco. Dion. Halicarn. *Antiq. Lib.* IV. *p.* 260. Valer. Maxim. I. 1. 13 (3). Noodt. *Probab.* I. 11. §. 3. paulo aliter.

Virgis sanguineis] Vid. D. Goth. *in not.* et Matth. *de Criminib.* XLVIII. 6. *Cap.* 2. *num.* 3. (4).

Cum cane, gallo gallinaceo, et vipera, et simia (5).] Vid. Goldast. *ad Dosith. Lib.* III. §. 16. [in *Jurispr. antejustin. p.* 874. *seq.*] sed caute legendus.

Deinde in mare profundum etc.] Ad quod nigris bubus devehebatur. Dosith. *d. loc.* Invenio et feminas in aqua necatas praetextu criminis *laesae majestatis.* Lactant. *de Mort. persec. Cap.* 38. interdum ob *incestum.* Freher. *Parerg.* II. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 943.]

Alioquin bestiis objicitur (6), *secundum D. Hadriani Constitutionem.*] Post quam prior poena (7) videtur cessasse. Paul. *in Sent.* V. 24.

(1) De qua notissimus, sed elegans, locus est Ciceronis, *in Orat. pro Rosc. Amerin. Cap* 25. 26. Late eam exposuit J. F. Ramos, *in Triboniano, seu error. Tribon. de poena parricidii* (adversus quem tamen Tribonianum defendit Herm. Cannegieter. *Obs. Jur.*

 Rom.

Rom. III. 11. *seqq.*) add. Coler. *Parerg.* Cap. 3. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 557. Nerius, *Analect.* II. 39. in *eod.* *Thes.* *Tom.* II. *p.* 580. *seq.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 6. *Cap.* 2. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4. *et* 5.

(2) Secundum quem *nova* est *antea inaudita*, *inusitata*, *insolens*, et sic quoque Rad. Forner. *Rer. quotid.* III. 24. in *eod.* *Thes.* *Tom.* II. *p.* 219.

(3) Add. Otton. *in Praef.* *Tom.* IV. *Thes. jur.* *p.* 12. *seq.* et Arntzen. *Obs.* *Syllog.* *Cap.* 1. in *Act.* *Societ.* *Traject.* *Tom.* I. *p.* 106. *seqq.*

(4) Add. Ferand. Adduens. *Explication.* I. 48. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 554. Turneb. *Adversar.* VIII. 23. Gronov. *ad Grot. de Jur. Bell. ac Pac.* III. 5. §. 8.

(5) Animalia illa Imperatorum aetati deberi, forte ob facinus frequenter commissum poena exasperata, putat Arntzen. *loc. modo laud.* *p.* 114. *seq.*

(6) Arntzenius, *d. loc.* *p.* 115. id accipit de vilioribus, honestiores igne exustos putans, propter *loc.* *Paul.* *cit.*

(7) Quam tamen postea in usum revocavit Constantinus M. *L. unic.* *Cod.* *de his qui par. vel lib. occid.* et quam Legem confirmavit Imp. Justinianus, §. 6. *Inst. de publ. judic.*

§. 1.

Capitis *poena plectentur*,] *Deportationis*, Menard. *in arg. Orat. Cicer. pro Rosc. Amerin.* Sed male (1).

Aut ultimo supplicio mactantur.] Id est, *crucis.*

(1) Add. P. Fab. *Semestr.* II. 13. *p.* 347.

§. 2.

Furore ipso eum puniri,] Facit huc Chrysostomus, citatus a Rittershusio, *Sacr. Lect.* IV. 10. *in fin.*

L. X.

Eorum, qui parricidii poena teneri possunt, semper *accusatio permittitur.*] Cujacius, *Obs.* IV. 14. explicat ex *L.* 13. *de SCto Silanian.* etiam Matth. *de Criminib.* XLVIII.

19.

29. *Cap.* 4. *num.* 2. Cujacio non nominato. Ne tolli quidem viginti annis, vult Jac. Gothofred. *ad L.* 5. *Cod. Theod. de rapt. virg.* [*Tom.* III. *p.* 216.] non recte, et contra *L.* 12. *Cod. ad L. Corn. de falſ.* (1) Sic tamen et Ramos, *in Tribonian. p.* 207.

(1) Add. Grot. *in Flor. Sparſion. p.* 266. et Wiſsenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 7.

TITULUS X.

DE LEGE CORNELIA DE FALSIS, ET DE SENATUSCONSULTO LIBONIANO.

Cornelia testamentaria, nummaria, Cicer. *in Verr.* I. 42. Duae fuiſse videntur (1). Sed Paul. *in Sent.* V. 25. §. 1. aliud docet. Facit huc *L.* 6. §. 1. *de extrord. crim.*— *SCtum Libonianum* prius *Claudiano.* Merill. *Variant. ex Cujac.* II. *ult.* (2). Plura SCta ad hanc Legem facta. Vid. Ulpian. *in Collat. LL. Moſ. et Rom. Tit.* 8. §. 7. (3).

(1) Duae diverſae Leges fuerint, an duo tantum ejusdem Legis diverſa capita, disputant Interpp. Prius putat v. gr. Cujac. *ad loc. Paul. cit. not.* 2. Ernest. *in Ind. Leg.* Pothier. *h. t. num.* 1. Posterius cenſet v. gr. Sigon. *de Judic.* II. 32. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inſt. de publ. judic.* §. 64. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 73. Vid. H. M. Vockeſtaert. *de L. Corn. Sulla Legislatore, Cap.* 9. §. 2. quo Capite de hac Lege Cornelia egit: de qua Disſertationem quoque conſcripſit Petr. Bureux. Lugd. Batav. 1780. et Guil. Arn. van Beveren. Traj. ad Rhen. 1768. utramque citavit quoque Stockman. *ad Bach. d. loc.* Disſertatio Zach. Huberi, *de Lege Cornelia, quam memorat Sueton. in Aug. Cap.* 33. exſtat in ej. *Disſ. Jurid. et Philolog. Tom.* II. *p.* 74. *ſeqq.* de quo loco Sue-

Suetonii vid. et Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. *not.* 4.

(2) *De his qui sibi adscribunt in testamento ad explicationem SCti Liboniani et edicti D. Claudii*, Disputatio est Jo. Jac. Mascovii. Lips. 1731. et *Exercitationem de his qui sibi adscribunt in testamento alieno* conscripsit J. G. Marckart., quae exstat in ej. *Exercitat. Academic. p.* 131. *seqq.* add. Idem, *Probab. rec. Lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 151. *seqq.*

(3) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. *not.* 2.

L. I.

Poena Legis Corneliae irrogatur etc.] Ex SCto. Vid. Ulpian. *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7.

Qui falsas testationes faciendas,] Vid. *L.* 9. §. 3. *h. t.*

Testimoniave falsa inspicienda,] An, *invicem dicenda*, ut *L.* 9. §. 3. *h. t.* et Ulpian. *in Collat. loc. cit. testamentave* (lege: *testimoniave*) *falsa invicem dicenda*, et sic *ibid.* Pith. (1). et haec erunt *testimonia mutua*, de quibus Cicer. *pro Flacco*, *Cap.* 9. Aliter Bynkersh. *Obs.* III. 18. (2) sed minus placet, ut et Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 30. *p.* 806. qui legit: *in necem dicenda*, errorem ortum putans ex siglis.

Dolo malo conjecerit.] *Confecerit*, Bynkersh. *loc. modo cit.* quod non respondet praecedentibus: quid enim est *faciendas conficere?* Lege: *coierit*, ut *societatem coire*, sed *ob* vel *in* videtur tunc desiderari. Conjeceram *cooraverit*, quod jam occupavit Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 30. *p.* 797. (3).

(1) Add. Schulting. *ibid. not.* 12. etiam Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 9. *in not.* et Pothier. *h. t. num.* 27. Vid. et Nic. Catharin. *Obs.* II. 24. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 781.

(2) Qui *inspicienda* retinet, et *testimonia* accipit pro *testamentis*. Vid. et Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit. de libert. p.* 7. Heraldus, *de Rer. judic. auct.* I. 6. §. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1106. pro tes-

testimonia legit: *testamenta*, quod non displicet Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 204. sed vid. Schulting. *loc. modo cit.* et Bav. Voorda, *in not. ad Praelect. Jan. a Costa, p.* 262.

(3) Conf. Schulting. *ad loc. Collat. cit. not.* 15.

§. 1.

Item ob instruendam advocationem etc.] Vid. *L.* 20. *h. t. Item qui*, Vett. editt. (1). *Instruendam*. Sic recte (2). Testes intelligit Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 14. (3). Vel qui praesentiam commodabant, Herald. *de Rer. judic. auct.* I. 6. *num.* 7. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1106. *seq.*] a quo dissentit Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 30. *p.* 844. *seqq.*

Societatem coierit ad obligationem innocentium,] Alia Lege hic non tenebatur, sed Judices. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 52. Pro *obligationem* Herald. *loc. modo cit. num.* 8. legit: *oblocutionem*, refutatus a Salmasio, *ad Jus Attic. Cap.* 30. *p.* 860. *seqq.* Heraldum exscripsit Grotius, *in Flor. Spars. p.* 267. notatus a Bynkersh. *Obs.* III. 19. qui Vulgatam retinet (4).

(1) *Qui* inserunt Hal. Vulg. et etiam MSS. Vid. Brencm. et Geb *h.*

(2) Vid. Schulting. *ad Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7. *not.* 17.

(3) Qui pecuniam acceperunt, ut Advocatos et testes conquirerent, intelligit Schulting. *loc. modo cit.*

(4) Etiam Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 207. Jo. Cannegiet. *ad Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7. *p.* 226. *not. f.* Pothier. *h. t. num.* 28. *Ad occisionem innocentium*, *Coll. LL. Mos. et Rom. d. loc.* ubi vid. Schulting. *not.* 21. *Occisionem* praefert quoque Bach. *Hist. jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 6. *in not.* et *in Trajan. p.* 12.

§. 2.

§. 2.

Sed et si quis ob renunciandum, etc.] D. Goth. *in not.* „ *denunciandum*, Vulg. Hal." *Renunciandum* retinet rald. *de Rer. judic. auct.* I. 6. *num.* 9. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1108.] sed vid. Bynkersh. *Obs.* III. 30. qui legit: *denunciandum* (1). Heraldus quoque notatur a Salmasio, *ad Jus Attic. Cap.* 30. *p.* 868. qui etiam *denunciandum* legit, ut *L.* 6. *de L. Jul. repetund. L.* 2. *de concussion.*

Dicendum vel non dicendum.] Haec esse e Glossemate, quo priora exponuntur, putat Herald. *loc. modo cit. num.* 10. Sed vid. Bynkersh. *Obs.* III. 20. (2).

Pecuniam acceperit,] Hoc satis. Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 13. (3).

(1) Atque ita legendum, censet quoque Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7. *not.* 24. et *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 2. *not.* 26. et Jo. Cannegiet. *ad Collat. d. loc. p.* 226. *not. i.* Sed *renunciandum* explicat Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 208.

(2) Et Schulting. *ad loc. Paul. modo cit.*

(3) Sequitur: *et qui Judicem corruperit*, etc. De eo qui *Judicem corrupit in publico Judicio*, et de *venenis*, non diversis, sed eadem Lege quaesitum esse, ex Cicerone adstruit, et inde conjicit, Legem *de falsis*, et *de venenis*, unam eandemque fuisse, Ferratius, *Epistol.* I. 15. *p.* 117.

§. 3.

Sed et si Judex Constitutiones Principum *neglexerit*,] Recitatas apud se. Paul. *in Sent.* V. 25. §. 4. (1). Pleraque Triboniano adscribit Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 30. *p.* 881. *seq.* Male. Vid. Bynkersh. *Obs.* III. 21. (2).

(1) Ubi vid. Schulting. *not.* 54.

(2) Et Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 52.

§. 4.

§. 4.

Cereisve,] D. Goth. *in not.* „Legendum censeo: *ceterisve.*" Erras. Conf. Ulp. *in Fragm. Tit.* 20. §. 9, et mox sequitur: *vel alia qua re. Cerisve*, Rob. Steph. et edit. Paris. 1524. et sic Bynkersh. *Obs.* III. 21. (1). Aut dicendum, *cereisve* antiquo more scriptum esse pro *cerisve* (2).

Sine *consignatione*] D. Goth. *in not.* „*sive consignatione*, Vulg. Hal." Quod malim. add. Bynkersh. *Obs.* III. 21. (3).

Vel rem *amoverint*,] *Tabulas publicas*, *testamenta:* aliter non. *L.* 16. *pr. h. t.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 6. An distinguendum, quo animo amoverint? Facit huc *L.* 53. *pr. de furt.* et sic Bynkershoek. *Obs.* III. 21. (4).

Quod instrumentis suis, etc.] *Quod in instrumentis* etc. ope geminationis, Bynkersh. *d. loc.* recte.

(1) Etiam Brencm. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 24.
(2) Vid. Schulting. *ad loc. Ulp. cit. not.* 28. et Jo. Cannegiet. *ad d. loc. Ulp. p.* 85.
(5) Obstat tamen, quod *sine consignatione* etiam legatur *L.* 16. §. 2. *h. t.* eamque Lectionem confirment Basilic. Vid. Brencm. *h.* Videmur quoque Lectionem Florentinam posse retinere, et intelligere eos, qui non quidem alia instrumenta signarunt, sed falsum tamen *sine consignatione* fecerunt. Conf. *d. L.* 16. §. 2. juncto §. 1. ejusd. Legis. Etiam Pothier. *h. t. num.* 24. *in not.* ait: *id est*, *aliove instrumento etiam non signato*; quamvis aliam Lectionem non improbet.
(4) Vid. et Pothier. *d. loc.* — Ad seq. §. 6. vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 8. De eo qui obsignatas alterius literas aperit, Langl. *Semestr.* VIII. 12.

§. 8.

Si specialiter subscriptio facta est, etc.] Quid si Codicil-

cillis approbatum ſit. *Conſil. JCtor. Batav.* II. *Conſ.* 148. (1).

(1) Vid. ad *h.* §. Marckart. *Exercit. ſupra laud. Cap.* 2. §. 13. *ſeq.*

§. 9.

At ſi quis adv. hanc Legem profectus aerario *obrepſerit*,] D. Goth. *in not.* „ *Praefectis aerario*, Vulg. (1)." Recte. Rob. Steph. *Praefecto.*

(1) Imo, Hal. Vulg. *Praefecto.* Vid. Brencm. *h. Praefectis* legit quoque Voet. *ad h. t. Pand. num.* 1.

§. 10.

Nec enim excuſationes admiſiſſe, etc.] Ut tales a tutela posſent liberari. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. ne tut. vel cur. Vectig. conduc.*

§. 13.

Poena falſi, *vel* quaſi falſi *deportatio* (1) *est*, etc.] *Falſi*, quod ex Lege deſcendit. *Quaſi falſi*, quod SCtis et Conſtitutionibus additum Legi. Jan. a Costa, *ad* §. 7. *Inſt. de publ. judic.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 1. (2).

Ultimo ſupplicio affici jubetur.] *Cruce.* Paul. *in Sent.* V. 25. §. 1. (3).

(1) Vera Legis Corneliae poena fuit *aquae et ignis interdictio*, in cujus locum ſucceſſit *deportatio.* Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 7. §. 1. *not.* 6.

(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 1. *not.* 2. *et* 3. et §. 5. *not.* 37. et Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inſt. de publ. judic.* §. 63. *in fin.* Sed Voetium, *ad h. t. Pand.* §. 1. *quaſi falſum* hic appellari putare, quod ex *SCto Liboniano* et *edicto D. Claudii* pro falſo habetur, et ut falſum punitur, quamvis revera falſum non ſit, ut ſi quis jubente testatore Legatum ſibi in alieno testamento adſcripſit, notavit Voorda, addens: ſed quid conjungi vetat ſententiam utramque?

(3)

(3) Ubi vid. Schulting. *not.* 20. Ceterum, responsum hoc ita accipiendum ut verum in plerisque casibus, non tamen omnibus, monet Matth. *loc. modo cit. Cap.* 2. *num.* 1.

L. II.

Qui testamentum amoverit, etc.] *Furti* hunc teneri, negat Cujac. *ad Paul. Sent.* IV. 7. §. 1. *not.* 2. quia animus est occultandi veri, non lucrandi (1).

(1) Sed vid. Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 4. Ceterum, dubitari posse, an ipsa Lex Cornelia *doli mali* meminerit, et an non ex talibus factis *dolum* satis argui voluerit: postea vero id additum sit, notat Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 25. §. 1. *not.* 4. et *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7. *not.* 14.

L. IV.

§. 1.

Fisco tantum esse putavit vindicandum, quantum per Codicillos erogari posset,] Non, *erogatum esset:* id enim incertum. Non potuit amplius puniri, reatu morte extincto.

L. V.

Sed quia (1) *et jussu* patris *id fecerat,*] Testatoris. Et *annorum* XXV. *erat,*] *Nec annorum* etc. Leonin. *Emend.* III. 12. *num.* 4. (2).

(1) Ita Hal. et Vulg. Sed Flor. *qua,* licet ibi quoque *quia* factum. Vid. Brencm. *h. l.*

(2) Et Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 503. *seq.* Etiam Jauch. *de Negation. p.* 229. *et* 284. aut legit; *non erat.* Pothier. h. t. *num.* 16. *et minor* etc. Sed Vulgatam Lectionem cum Cujacio, *Obs.* VI. 5. retinet Jo. Gotfr. Sammet. *Opuscul. p.* 197. *seq.*

L. VI. (1).

(1) Vid. ad hanc Legem Cujac. *Tract.* 111. *ad African.*

§. 5.

Ex magis placet non posse:] Nam vice bonorum possessionis Legatum amplexus est, et non potest dicere, se esse praeteritum.

Aut creditori actio sua denegari debet,] *Debeat*, Rob. Steph. (1)

(1) Etiam Hal. Sequitur: *ne eorum uterque merito debito careat.* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 9. *in fin.* pro *merito* legit: *immerito.* Nihil mutat Cujac. *loc. modo laud.* quem sequitur Pothier. *Tit. de bon. libertor. num.* 27.

L. VIII.

Quicunque nummos aureos partim raserit, etc.] Quod atrocius. Jac. Gothofred. *ad L.* 5. *Cod. Theod. de fals. monet.* [*Tom.* III. *p.* 196.]

Partim tinxerit,] D. Goth. *in not.* „*Strinxerit*, *siquidem liberi* etc. Hotoman. *Obs.* V. 16." Bynkersh. *Obs.* IV. 21. *cinxerit*, id est, *circumciderit*, ut *L.* 5. *pr. arbor. furt. caesar.* Sed, ubi *cingere* usurpatur de alia re, quam de arboribus? ut *L.* 7. §. 4. *d. tit.* *L.* 29. *loc. cond.* Puto, hoc illud esse, quod Paulo, *Sent.* V. 25. §. 1. dicitur *lavare*, ope liquoris scil. nummos imminuere (1).

Ad bestias dari:] *Ludum venatorium* intelligit Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 1. *num.* 6. (2).

(1) Add. Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 14. Van Dorp. *Obs. Cap.* 12. Pothier. *h. t. num.* 42. Vid. et Nic. Catharin. *Obs.* IV. 23. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 794.

(2) Add. Schulting. *in not. ad L.* 31. *de poen.*

L. IX.

Qui argenteos nummos adulterinos flaverit,] Quod facilius, quam *ferire.* Freher. *Parerg.* I. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 879.] (1).

(1)

(1) Sequitur: *falsi crimine teneri.* Hal. *tenetur.* Malam versionem dicit Jens. *Strictur. p.* 505. Sed etiam alibi post *ut* sequi *Infinitivum*, docet Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 3. *p.* 22. Praecedit: *ut qui in aurum vitii quid addiderit.* Aes hic adhiberi, Plinium scribere, notavit Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 1. *not.* 13. Pro *addiderit*, Jos. Fern. de Retes, *Miscellan.* I. 15. *num.* 12. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 59. legit: *indiderit.*

§. 2.

Ne quis nummos stagneos plumbeos *emere vendere* etc.] De *aureis* nihil, quorum venditionis meminit *L.* 2. *Cod. Theod. de ponderator.* [*Tom.* IV. *p.* 599.] ubi Jac. Gothofred. (1). De aliis Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 4. *num.* 4.

(1) Add. Torrent. *ad Sueton. in August. Cap.* 75. et Brisson. *Select. Antiq.* I. 8. quem D. Gothofredum hic exscripsisse, notat *ibid.* Trekell.

§. 3.

Poena Legis Corneliae irrogatur etc.] E SCto (1). Vid. *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7.

Item, qui falsas testationes *faciendas*,] Id est, *testificationes.* Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 30. *p.* 792. *seqq.* (2).

Testimoniave falsa invicem dicenda] Vid. ad *L.* 1. *pr. h. t.* Haeret Herald. *de Rer. judic. auct.* I. 6. *num.* 6. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1106.] *Invicem* est in *Collat. d. loc.* pro quo Salmas. *loc. cit. p.* 805. *in necem*: quod non probo. *Dicenda.* In *Collat. d. loc.* additur, *aut consignanda*, quod Tribonianus omisit, forte ob *L.* 3. §. 3. *de testib.* Salmasius, *d. loc. p.* 806. nescit quare; sed *p.* 807. aliquam rationem adfert.

Dolo malo (3) coïerint.] *Curaverint*, in *Collat. d. loc.* add. Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 30. *p.* 798.

(1) De quo Cujac. *ad locum Collat. cit. not.* 10. et Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 4.

(2) Sed Idem, *ibid.* *p.* 775. intelligit *scripturas testibus munitas*, quod praefert Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 12. *Item qui in falsas*: etc. legendum censet Voorda, *in not. MSS.*

(3) Vid. ad *L.* 2. *h. t. not.* 1.

§. 4.

Qui delatorem *summisit* etc.] De eo, qui falsum testem, Goris, *ad Consuet. Velav. Cap.* 4. *Art.* 1. *Glosf.* 7.

L. X.

§. 1.

SCtis locum non esse.] Ab initio nihil peccatum (1).

(1) Explicuit hanc Legem Jac. Leet. *ad Aem. Macr. de Publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 88. *seq.*

L. XII.

Quod scelere quaesitum est, heredi non relinquitur.] Add. *L.* 26. *h. t.*

L. XIII.

Falsi nominis vel cognominis adseveratio etc.] *Dolosa.* Paul. *Sent.* V. 25. §. 11. (1).

(1) Ubi vid. Cujac. *not.* 62. add. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7. *not.* 22. et Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 269. *seq.*

§. 1.

Quoniam in Corneliam, falso recitato, non facto, non incidit:] Sic Cujac. *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.* recte (1). Adeo ut hoc (2) post inductum videatur. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 3. (3).

(1) Perperam Hal. τὸ *non* omittere, quod Cod. Flor. et Basil. agnoscunt, notavit quoque Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 1. *not.* 6. Negationem retinent quoque Nic. Catharin. *Obs.* III. 16. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 786. Jauch. *de Negation. p.* 107. Pothier. *h. t. num.* 26.

(2)

(2) Scil. Jus de recitatione *alterius* instrumenti, praeter *testamentum*. Vid. Schulting. *loc. modo cit.*
(3) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8. qui propterea putat, vix amplius aliquem esse hujus Legis usum.

L. XIV.

Servo communi Titii et sui *Legatum adscripsit*,] *Et suo*, Rob. Steph. (1).

Respondit,] Al. *respondi* (2).

Licet jussu patris scripserit:] Si absque hoc jussu, esset locus ipsi *Legi Corneliae*, et nunc tamen est locus SCto.

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h. Disputationem ad hujus Legis pr. et* §. 1. conscripsit Balth. Branchu, quae adjecta est ej. *Obs. p.* 147. *seqq.*
(2) Non opus. Vid. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcello*, *Sect.* II. *Cap.* 1. §. *ult. not. m.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 70.

§. 1.

Ceterum socio totum debeatur?] Ut in *L.* 12. *de auctor. et consens. tut. et cur.*

Et inveni Marcellum apud *Julianum adnotasse:*] Pro *ad* (1).

Aut servo communi, etc.] Est, qui legat (2): *a servo*, et mox: *Titio*, *ut socio*, aut delet (?) post *subducitur*, in Disp. habita sub Praesidio Clar. Noodtii.

Quod et in praesenti quaestione observandum est.] Et altero casu [si *sibi et Titio*] *Titii* nomen non erit pro non scripto. Paul. *in Sent.* III. 6. §. 14. (3). Ob quem locum non relatum in Pand. Tribonianum carpit Balduin. *in Justinian. Lib.* IV. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1196.]

(1) Vid. M. Tydeman. *Diss. modo laud. Sect.* II. *Cap.* 3 §. 2. *not. c. p.* 79.

 (2)

(2) Ita Balth. Branchu, *Disp. modo laud. p.* 157. Sequitur: *ita adjicit* iste *Marcellus.* M. Tydeman. *d. Diss. Sect.* II. *Cap.* 5. §. 11. *p.* 89. *seqq.* pro *iste* legi mavult: *ille*, vel *istic*, et plura habet de hoc loco, *ibid.*
(3) Ubi vid. Cujac. et Schulting. *not.* 30. *et* 31.

§. 2.

An ideo teneri potest, quod adjectum est in Lege, etc.] *Julia et Papia* (1).

Atquin cum is qui *sibi* etc.] Constructio postularet: *cum quis sibi* etc. (2).

Etiamsi fidei suae similiter *jubente testatore commisisset*,] Ut jusserat in *Legato*. Non vero id pertinet ad casum mariti praecedentem, in quo nihil tale.

Idque apud heredem remanere cum onere fideicommissi.] Ut *L.* 29. *pr. de Legat.* 2do cum similibus. — Hinc ergo sequitur, marito actionem dari non posse: nec mulier agere potest, cum ei nihil adscriptum sit.

(1) Apud Jac. Gothofred. *Cap.* 21. Apud Heinecc. *Cap.* 34. *Disputationem ad hunc* §. conscripsit Balth. Branchu, quae adjecta est ej. *Obs. p.* 169. *seqq.*
(2) Ita Vulg. Hal. *cum is sibi.* Vid. Brencm. *h.*

L. XV.

Legatum sibi sua manu scripserit,] Advocatorum Patronorumque olim hoc crimen fuisse, docet Brummer. *ad L. Cinc. Cap.* 9. *p.* 131. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Merillius, *ad Callistr. Libb. Quaest.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 620. *seqq.*

§. 2.

Minus (1) *liber sit*,] Directe.

Sed libertas et ex fideicommissi caussa praestatur,] Quod facilius.

(1) *Non ideo minus*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Male. add. Jauch. *de Negation. p.* 43.

§. 3.

§. 3.

Quaeri tamen debet, an aeque subsequendi *necessitas*,] Pro *obsequendi* (1).

Et honesta excusatio est non (2) *facientibus, quod non sit concessum.*] Id est, nemo inique ferre potest excusantem se, quod nolit facere, quod Leges vetant.

(1) Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 383. *not.* 10. *subsequi* pro simplici *sequi* accipit.

(2) Jauch. *de Negation. p.* 359. *seq.* delet *an* ante *aeque*, et particulam *non* transponit ante *est*, ponens post *concessum* signum interrogandi.

§. 4.

Veniam tribuendam Legis Corneliae *placuit.*] Non jus capiendi. Facit huc *L.* 8. *de jur. et fact. ignor.*

§. 6.

Deinde alia manu] Scil. scripserit, vel curaverit scribi. *Basil. Tom.* VII. *p.* 711. (1).

Sed benignius est, ut etiam ea, etc.] Non enim sibi adscripsit.

(1) Add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 133. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1247. Watero, *in not. MSS.* verba haec suspecta videntur, aut alieno loco posita, et collocanda ante τὸ *adjecerit*, aut ante *si uterque*, hunc in modum: *vel deinde alia manu, si uterque* etc.

L. XVI.

Nisi testamentum alicujus subreptum arguatur.] Vid. *L.* 2. *h. t.* add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 6. (1).

(1) Et Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 7. §. 1. *not.* 4.

§. 2.

Sine consignatione] Vid. *L.* 1. §. 4. *h. t.*

tem sua manu ademerit:] Ita sibi quasi adscripsit Legatum, quod proinde est pro non scripto.

Hoc ita, si voluntate Testatoris ademerit:] Hoc ponit SCtum: alioquin locus est *Legi Corneliae* (2).

(1) Sequitur: quasi *sibi aliquid dederit.* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 10. legi mavult: *qua sibi* etc. Quid opus?
(2) Add. Branchu, *Diss. supra laud. ad L.* 14. *pr. et* §. 1. *h. t. Cap.* 3. *in not. p.* 160. *seqq.*

§. 9.

Quoniam, ut supra diximus, *Senatus* etc.] D. Goth. *in not.* „Paulus hic loquitur, et tamen ejus nulla superius reperitur sententia huic similis: reperitur quidem in *L.* 15. *h. t.* sed est Callistrati. Hic mos Tribonianum occupavit, etc." Potuit tamen etiam fieri, ut ipse hic JCtus revera scripserit haec, et de iis egerit quoque loco deperdito. (1).

(1) In seq. *L.* 23. pro *si quis alienum chirographum* imitetur, Al. habere: *immutet*, sed Florentinam confirmare Basilic., quamvis utraque lectio admitti possit, notat Nic. Catharin. *Obs.* III. 16. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 786. De re ipsa, Langl. *Semestr.* VIII. 13.

L. XXIV.

Aithales *servus*, etc.] De hoc nomine Bynkersh. *Obs.* III. 7.

Professus est indicium apud Maximillam (1) *filiam Testatoris* etc.] Non apud Judicem, ut D. Goth. *in not.*

Respondit, secundum ea, quae proponerentur, deberi.] Obstat *L.* 5. §. 15. *de his quae ut indign.* ad quam Cujacius distinguit inter eum, qui est professus indicium, et testem: et sic Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 3. *num.* 2. (2). Sane circumstantiae debuere esse diversae.

(1) De qua Otto, *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 33.
(2) Add. Pothier. *Tit. de his quae ut indign. num.* 11.

L. XXV.

L. XXV.

Ulpianus Lib. VII. *ad Edictum.*] Agens forte de *vadimonio non obito.* (1).

(1) Add. Raevard. *Protribunal. Cap.* 5. *p.* 879.

L. XXVI.

Justissime tota hæreditas paterna heredi ejus eripietur.] Facit huc *L.* 12. *h. t.*

L. XXVII.

Eos, qui diversa inter se testimonia praebuerunt, etc.] In judicio. Covarruv. *Var. Resolut.* II. 13. *num.* 7.

Et praescripto Legis teneri, pronunciat,] *Pronunciatum est*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Rehd. Vid. Geb. *h.* Probante Watero, *in not. MSS.*

§. 1.

Qui contra signum suum,] Contra testimonium a se signatum. Herald. *de Rer. judic. auct.* I. 6. *num.* 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1105.] Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 10.

§. 2.

Qui se pro milite gessit (1), *vel* illicitis insignibus (2) *usus est*, etc.] Vid. Tacit. *Histor.* I. 38. et Tertullian. *Apolog. Cap.* 6. ibiq. Herald.

Pro admissi qualitate gravissime puniendus est.] Interdum incidit in *laesam majestatem. L.* 3. *in fin. ad L. Jul. maj.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 2. *num.* 17. (3).

(1) Quid sit *pro milite se genere*, Schroder. *Obs.* III. 15. *p.* 289. *seq.*

(2) *Insignibus altioris ordinis*, Paul. *in Sent.* V. 25. §. 12. ubi vid. Cujac. et Schulting. *not.* 65. *et* 66. add. Rad. For-

Forner. *Rer. Quotid.* II. 25. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 184.

(5) Quem etiam vid. *ibid. num.* 18. ad verba: *vel falso diplomate vias commeavit.* add. Otton. *de Tutel. Viar. Part.* II. *Cap.* 6. *p.* 398. — In seq. *L.* 28. pro *praelato die* Hal. habet: *prolato die*, et pro *falsi* crimine *locus est*, edidit: *crimini*. Neutrum necesse. Vid. Marckart, *Interpr. rec. Lection.* I. 2. §. 2. *p.* 10. *seqq. Praelato* retinet quoque Idsinga, *Varior. Cap.* 15. De verbo *mentiatur*, passiva significatione, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 382. *not.* 7.

L. XXIX.

Poenam temeratoris *luit* :] Falsarii.

Imo si accusatus fuerit, et poenam inferre *debet.*] *Sufferre*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. XXX.

§. 1.

De partu supposito etc.] Crimen hoc Athenis frequens fuisse, indicat Aristophan. *θεσμοφορ. Vs.* 346. 414. 509. 591. (1). De illo egit *SCtum Plancianum. L.* 1. *pr. de agn. et alend. liber.*

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 24. §. 9. *not.* 17.

L. XXXI.

Ut Imperatori describatur, *aestimaturo*, etc.] An, *id scribatur*?

Ut si, quod plerumque evenit, per errorem hujusmodi instrumenta proferantur, etc.] Simile quid Augustus. Vid. Sueton. *in Aug. Cap.* 53. (1).

(1) Ad seq. *L.* 32. *pr.* vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 5. *not.* 38. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 150. *seq.* Quare Modestinus de *edictis*, plurali numero, lo-

loquitur, vid. Noordkerk. *Obs. Cap.* 8. *p.* 162. — Quid sint *mensurae publice probatae*, in seq. §. 1., vid. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 290. add. de his Matth. *de Criminib.* XLVIII. 7. *Cap.* 1. *num.* 16.

L. XXXIII.

Si quis falsis Constitutionibus, nullo auctore habito, *utitur*, etc.] Sic et Basil. (1). Illustrat haec ex Chrysostomo Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de Constitution. Princip.* (2).

(1) Basilic. *Tom.* VII. *p.* 715. habent: *ὁ πλαστὰς διατάξεσι μήπω κυρωθείσαις χρησάμενος, qui falsis Constitutionibus nondum approbatis utitur:* quibus accedere nequit Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 10. neque iis standum, ait Jac. Gothofred. *loc. cit.*

(2) Aliter Jac. Leet. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 147. *seq.*

TITULUS XI.

DE LEGE JULIA REPETUNDARUM.

Aliis severior fuit. Cicer. *pro Rabir. Postum. Cap.* 4. — Optimam vocat Cicer. *pro P. Sextio, Cap.* 64. *in fin.* — Contra illam praetextu statuarum peccatum. Cicer. *in Verr.* II. 57. 58. — Aliquod caput apud Cicer. *in Pison. Cap.* 21. Aliud, *ibid. Cap.* 25. et de auro coronario, *ibid. Cap.* 37. et de persequenda et repetenda pecunia ab eo, ad quem pervenerat, Cicer. *pro Rabir. Postum. Cap.* 4. (1). — Negatur ad Ordinem Equestrem pertinere. Cicer. *pro Rabir. Postum. Cap.* 5. *et* 7. — De foeditate hujus criminis Plutarch. *Praecept. Politic. p.* 819. Cicer. *in Verr.* II. 32. — Serius in Rempublicam Romanam invasit. Cicer. *de Offic.* II. 21. ubi Comm. de diversis Legibus agunt (2). — De eo quaedam Meinard. *Decis.*

cit. Tholos. I. 86. et Pollet. *Histor. For. Rom.* V. 9. 10. add. Langl. *Semestri* V. 1. et Matth. *de Criminib.* XLVIII. 8.

(1) Ultra centum Capita habuit. Bach. *Histor. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 83. Ernest. *in Indic. Leg.* voc. *Julia de repetundis.* Quaedam recenset Sigon. *de Judic.* II. 27.
(2) Varias, quae de hoc crimine subinde latae apud Romanos Leges fuere, recenset Sigon. *loc. modo cit.* Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 72. *seqq.* Pothier. *h. t. num.* 1. add. quos citat Haubold. *in Epicrisi oper. Heinecc. Antiq. loc. cit.*

L. I.

Lex Julia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in Magistratu, Potestate (1), *etc. cepit.*] Etiam ministerio alterius. Cicer. *in Verr.* II. 10.

Vel cum ex cohorte cujus eorum est.] Vid. *L.* 5. *h. t.* Leoninus, *Emend.* VII. 4. legit: *et eos qui sunt ex cohorte cujus eorum* (2).

(1) Ad verba: *ministeriove publico* vid. Cujac. *Obs.* VII. 9. qui haec non accipit de scribis, viatoribus, aliisve ministris magistratuum, quoniam ad hos seqq. verba pertinent, sed de magistratibus ipsis.
(2) Male. Vid. Voorda, *Interpr.* I. 17. Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 10. §. 11. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* I. *Cap.* 7. §. 1. *not. g.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 51. Marcilius, *ad* §. 11. *Inst. de publ. judic.* legit: *vel qui ex cohorte cujus* (pro *alicujus*) *eorum est.* Non opus.

§. 1.

Excipit Lex, a quibus licet accipere.] In infinitum. *L.* 7. §. 1. *h. t.* Leoninus, *Emend.* VII. 4. *num.* 4. pro his legit: *possunt tamen accipere.* Male. Credo intelligi munera (1). De *xeniis* accipit Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 2. (2).

A sobrinis, etc.] Vid. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 1. §. 1. — Alia

Alia exceptio apud Ciceron. *ad Q. Fratr.* I. 1. 9. Vid. Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposition.* II. 41. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 391.]

(1) Add. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 9. *num.* 6. *p.* 117.

(2) Et Matth. *de Criminib.* XLVIII. 8. *Cap.* 1. *num.* 10.

L. II.

Datur ex hac Lege et in heredes actio etc.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 4. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* III. *p.* 256.] add. Isidor. *Origin.* V. 26. et Plin. *Epistol.* III. 9. unde apparet, hoc jus aliquando intermissum fuisse. Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 8. *Cap.* 2. *num.* 3.

L. III.

Pecuniam ob judicandum decernendumve acceperit.] Hoc capite XII. *Tabulis*, *Tab.* IX. (1). De crimine hoc Cicer. *in Verr.* II. 32.

(1) Add. Jac. Lect. *ad Aem. Macr. de Publ. Judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 89. *seq.* Perperam hanc Legem in Basil. *Marciano* tribui, monet Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 14. *p.* 170. *in not.*

L. V.

In Comites quoque Judicum etc.] Vid. *L.* 1. *pr. h. t.* (1). Quod tamen aliquando non admissum. Cicer. *pro Rabir. Postum. Cap.* 6.

L. VI.

Eadem Lege tenentur, etc.] Accusatores (1). Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 30. *p.* 874.

Qui ob denunciandum, etc.] Alius casus *L.* 1. §. 2. *tit. praec.*

(1) Judices, secundum Des. Herald. *de Rer. judic. auct.* I.

l. 6. §. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1108. *Testimonium denunciare* est, denunciare testibus, ut adsint ad dicendum testimonium, quod facit, magistratus, Judexve, vel accusator. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7. *not.* 24.

§. 1.

Hac Lege damnatus, testimonium publice *dicere*, etc.] Non etiam in Testamento. *L.* 20. §. 5. *qui test. fac. poss.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. add. Herm. Cannegiet. *Obs.* I. 17. *p.* 112. qui in *d. L.* 20. §. 5. pro *adhiberi posse* legit: *haud adhiberi posse.* De poena Legis Juliae repetundarum dubius haeret Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 28. *not.* 2.

§. 2.

Neve quis ob sententiam in Senatu Consiliove publico *dicendam*, etc.] Vid. Cicer. *pro Rosc. Amerin. Cap.* 52. ubi Hotoman. (1).

Neve plus doni, muneris in anno accipiat, quam quod fit aureorum centum.] Vid. Brummer. *ad L. Cinc. Cap.* 4. *n.* 52. Graeci mentionem *aureorum centum* omisere, ut ait Leonin. *Emend.* VII. 4. *num.* 5. (2). Hoc caput ex *Lege Cincia* huc translatum esse, putat Pollet. *Hist. For. Rom.* II. 11. *p.* 245. Male. add. Brummer. *d. loc. Cap.* 15. *in fin.*

(1) Ad verba praec. *ab omni sorde*, vid. Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1456. et ad verba: *ne quis ob militem legendum* etc. vid. Puttman. *Miscellan. Cap.* 1.

(2) Putans, esse additamentum alicujus Interpretis.

L. VII.

§. 1.

In infinitum capere permittit,] Id est, sine definita quan-

quantitate. Cujac. *Obs.* VI. 181 (1).

Ab his autem, qui hoc capite etc.] *Iis autem*, Cujac. *d. loc.* (2).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Aem. Macr. de Publ. Judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 90. *seq.*

(2) Sic etiam Charond. *h.* in margine, et Jac. Lect. *loc. modo cit.* Sed Voorda, *Interpr.* I. 17. *p.* 53. *seq.* legit: *ab his autem, quae* etc. et *ab his* accipit pro *ob haec.* Neutrum necesse putat Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 10. §. 12. *p.* 142. *seq.* qui receptam Lectionem tuetur. add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXI. §. 10. et Pothier. *h. t. num.* 3.

§. 2.

Dandum, praebendum, adprehendendum,] *Advehendum*, Menard. *ad Cicer. Orat. pro Rosc. Comoed. Cap.* 1. (1). *Adpendendum*, Turneb. *Adversar.* II. 13. (2).

Antequam perfecta probata, praestita legerunt.] *Legerunt*, Flor. recte.

(1) Etiam Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 1. Aliter Lyclam. *Membran.* III. 14.

(2) Hal. et Vulg. *adprobandum.* Vid. D. Goth. *in not.* quam Lectionem sequitur Cujac. *Obs.* XI. 22. et XXIII. 33. putans tamen, verbum illud suo loco motum esse, transponendumque post *opus publicum faciendum. Adprobandum* etiam Budaeus, *in Annot. ad h. l.* et Pothier. *h. t. num.* 4.

§. 3.

Quid enim, si ob hominem necandum pecuniam acceperint?] Vid. *L.* 4. *pr. ad L. Cornel. de sicar.* Facit huc Cicer. *in Pison. Cap.* 34. Haec vero pecunia redacta in aerarium. Plin. *Epistol.* II. 11.

Vel licet non acceperint, calore (1) *tamen inducti* etc.] *Gravis ista commotio est, ac non ferenda iracundia Judicis, quae effusione humani sanguinis expiatur, L.* 14. *Cod.*

Theod. quor. appellation. non recip. [*Tom.* IV. *p.* 515.]

(1) Taurellius haec asteriscis inclusit. Sed vid. Brencm. *h.*

L. VIII.

Paulus Lib. LIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *L.* 4. *de usurp. et usuc.* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de his quae administr.* etc. *Tom.* II. *p.* 667.

L. IX.

Qui munus publice mandatum (1) *accepta pecunia* ruperunt,] Id est, *corruperunt.* Cujac. *ad Papinian. Libb. Resp. in expl. h. l.* (2). Graeci: διαφθείροντες [*Tom.* VII. *p.* 763.]

(1) *Sibi mandatum*, Basil. *loc. cit.*
(2) Add. Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 6. *p.* 108.

TITULUS XII.

DE LEGE JULIA DE ANNONA. (1).

(1) Vid. Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XVII. Dissertatio Diderici Schagen, *de re frumentaria*, exstat in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* III. *p.* 159. *seqq.* — *Annonam* publicam *fraudare*, in *L.* 1., significare videtur, annonam carius vendere, quam pretio publico, seu publica auctoritate statuto. Conf. Raevard. *Varior.* III. 17. Facit huc *L.* 3. *pr. h. t.* et *annonam* saepius poni pro pretio, quo res vendi potest, docet van Vryhoff. *Obs. Cap.* XI. *p.* 51. *seq.*

L. II.

§. 2.

Et poena viginti aureorum *statuitur.*] *HS.* forte in Lege fuit (1).

(1)

(1) Sic etiam Wissenbach. *in Emblem. Tribon. Cap.* 7. *p.* 153. Aliter Wybo, *in Tribonian. defens. p.* 392.

L. III. (1).

(1) Vid. ad hanc Legem Westenberg. *loc. modo laud.* §. 7. *seqq.*

§. 2.

Quae ad utilitatem (1) *annonae* pertinet,] Lege: *pertinent* (2).

(1) *Vilitatem* cum Burmanno, *ad Quinctil. Inst. Orat.* V. 7. *p.* 382. legit Schroder. *Obs.* III. 15. *p.* 290. *seq.* Sed vid. Puttman. *Probab. Jur. Civ.* II. 13. *p.* 88.
(2) Ita Flor. et in aliis etiam editt. Goth., et videtur adeo vitium Typographicum.

TITULUS XIII.

AD LEGEM JULIAM PECULATUS (1), ET DE SACRILEGIS, ET DE RESIDUIS.

Crimen *peculatus* dicitur *repetundarum* apud Cicer. *Orat.* II. *de L. Agrar. Cap.* 22. et contra, *repetundarum* crimen dicitur *peculatus*. Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* III. *p.* 242.] (2). — De *peculatu* quaedam Isidor. *Origin.* V. 26. Vocatur et *catillatio*. Vid. Fest. *de Verb. Sign.* voc. *catillatio*. — *Peculatus* rei dicuntur ἐκλέγοντες τὰ κοινὰ. Demosth. *de Fals. Legation. p.* 340. De iis vid. verba Catonis apud Gell. *Noct. Attic.* XI. 18. — De origine verbi Fest. *d. loc.* voc. *peculatus* (3). — *Sacrilegium* in Lege voce *peculatus* comprehensum. *L.* 1. *L.* 4. §. 1. *h. t.* Constitutiones haec distinxere. Menard. *ad Cicer. Act. in verr. Cap.* 5.

(1) De Legibus apud Romanos de *peculatu* latis vid. Sigon. *de Judic.* II. 28. et Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst.*

Inst. de publ. judic. §. 70. *seq.* qui cum Sigonio aliisque Legem hanc Juliam a Julio Caesare latam putat. Sed rectius forte Bach. *in Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 2. §. 14. eam tribuit Augusto. Julium Caesarem auctorem hujus Legis facit quoque de Retes, *Miscellan.* I. 15. *num.* 5. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 58. — Plures hujus Tituli loci contra Graecos et Accursium exponuntur a Petr. Fabro, *Semestr.* I. 22.

(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 27. *not.* 3.

(3) Add. Crusii *Comm. de Orig. pecuniae a pecore ante nummum signatum*, *Cap.* 6. *p.* 137. *seqq.* citatus ab Haubold. *in Epicris. ad loc. Heinecc. Antiq. modo laud.*

L. I.

Dolo malo,] Sine quo nullus *peculatus*, Cicer. *Philippic.* XII. 5. (1).

(1) Paraphrastice hanc Legem explicuit de Retes, *loc. modo laud. num.* 7. *seqq.* Ad vocem *religiosa* notavit Rucker. „Quomodo potest pecunia *religiosa* esse, quum eam sepelire non liceat. *L.* 4. §. 6. *h. t.*? Vid. Jac. Guther. *de Jur. Man.* II. 32."

L. II.

Qui publicam pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit, etc.] Cicero, *in Verr.* III. 72. pecuniae publicae foenerationem vocat *peculatum*. add. *L.* 9. §. 6. *h. t.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 3. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 27. *not.* 3. add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Libb. Jur. Epitom. Tom.* II. *p.* 1044. *seq.*

L. IV. (1).

(1) Ad verba: *Deo immortali*, in §. 1., van de Water adscripsit: „Dubius haesi, num hoc epitheton a manu Triboniani fuerit profectum; sed quia *Diis immortalibus* occurrit in Inscriptione alicujus Gentilis apud Gruter. *p.* 1063. *num.* 1. Marcianus ita hoc efferre potuit." Saepe sic loquitur Cicero, veluti *de Senect. Cap.* 21. *et* 23. Inepte autem nonnullos *Dei* mentionem in Pand., in numero singulari, Triboniano

no adſcribere, notat Heinecc. *ad Briſſon. de Verb. Signif.* voc. *Deus.*

§. 2.

Et ſic Conſtitutionibus cavetur, ut Sacrilegi extra ordinem digna poena puniantur.] Non *ex Lege.*

§. 5.

Amplius tertia parte, quam debet,] Non *triplo*, ut D. Goth. *in not.* et Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* III. *p.* 242.] (1).

(1) Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 27. *not.* 3. — Ad ſeq. §. 6. vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 18. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 214. *ſeq.* et Joh. van Niſpen. *de Sepulc. violat. Cap.* 31. §. 1. in Theſ. Diſſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* III. *p.* 131.

§. 7.

Sed et ſi de re Civitatis aliquid ſubripiat, Conſtitutionibus Principum Divorum Trajani et Hadriani cavetur, etc.] Etſi aliud ſit de jure, quod non negat Marcianus. add. *L.* 31. §. 1. *L.* 81. *de furt.* ut coërcerentur tales magis. Leonin. *Emend.* VII. 10. pro *peculatus crimen* committi, legit: *non committi.* Aliter Bynkersh. *Obs.* IV. 3. (1).

(1) Qui magis placet Ottoni, *in Papinian. Cap.* 10. *num.* 4. Secundum Herm. Cannegiet. *Obs.* I. 9. *p.* 66. *ſeq.* Marcianus loquitur de jure ſua aetate inducto, arg. formulae: *hoc jure utimur.* Aliud vero obtinuit tempore Papiniani. add. notata ſuperius ad *L.* 81. *de furt.* Egerunt etiam de his Legibus Joſ. Fern. de Retes. *Miscellan.* I. 16. in Theſ. Meerman. *Tom.* VII *p.* 60. *ſeq.* Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 32. *Theſ. ult. Lit. e. p.* 1299. *ſeq.* Franc. Sam. Hahn. *Diſſ. de Crimine peculatus ad concilianda, quae ſibi videntur obſtare, Reſponſa Marciani et Papiniani.* Heidelb. 1812. citat. ab Haubold. *in Epicr. Oper. Heinecc. Antiq. ad Tit. Inſt. de publ. jud.* §. 70. *ſeq.*

L. V.

Furti actionem, non sacrilegii esse.] Ex jure aliud. *L.* 16. §. 4. *de poen.* *L.* 83. *pr.* *de furt.* Cicer. *de Legib.* II. 9. *et* 16. Controversum tamen hoc fuisse, docet Quinctilian. *Inst. Orator.* III. 6. [*p.* 249. ed. Burm.] IV. 2. [*p.* 319. *seq.*] IV. 4. [*p.* 358.] V. 10. [*p.* 407.] VII. 7. [*p.* 615.] Cur. Fortunatian. *p.* 46. Victorin. *in Cicer. Rhetoric.* II. *p.* 205. add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 10. *Cap.* 3. (1).

(1) Et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 17. Aliter Bynkersh. *Obs.* I. 8.

L. VI.

Alios vero in furca *suspendisse.*] *Cruce* scripsit Ulpianus. (1).

(1) Sequitur: *si qui interdiu modicum aliquid* de templo *tulit.* Scil. si sacrum est, aut alioquin illud *aliquid* referendum ad *dona Dei*, secundum Bynkersh. *Obs.* I. 8. — Sequitur in §. 1. *Qui cum in moneta publica operarentur*, etc. De his vid. Otton. *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 5.

§. 2.

Qui furanti signum *praebuit*,] Ita Hal. et Vulg. Sed Flor. est: *sinum*, quam Lectionem sequuntur citati a D. Goth. *in not.* add. Merill. *Obs.* III. 1. (1). Basilic. *Tom.* VII. *p.* 770. Ὁ τὸ παρ' ἑτέρου κλαπὲν ὑποδεξάμενος.

Qui autem aurum ex metallo habuerit illicite, etc.] Non ipse furatus (2).

(1) Sed Hal. et Vulg. sequitur van de Water, *Obs.* I. 8. quem refutat Puttman. *Probab.* II. 20. *p.* 154. *seqq.* add. Idem, *Diss. de Receptatorib. Cap.* 1. adj. ej. *Adversar. jur. Lib.* II. *p.* 227. Florentinam retinet quoque Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *sinus*, et Pothier. *h. t. num.* 8.

(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 27. §. 1. *not.* 3.

L. VII.

L. VII.

Peculatus crimen ante quinquennium *admissum* etc.] Exceptio a regula *L.* 12. *Cod. ad L. Cornel. de fals.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 10. *Cap.* 2. *num.* 3. (1).

(1) Ad seq. *L.* 8. vid. Brisson. *Select. Antiq.* IV. 5. quem exscripsit D. Goth. *in not.*

L. IX.

Sacrilegi capite (1) *puniuntur.*] Vid. *L.* 6. *pr. h. t.*

(1) *Plerumque*, secundum Matth. *de Criminib.* XLVIII. 10. *Cap.* 4. *num.* 1. qui accipit haec de *poena mortis naturalis.* Sed possint etiam generalius accipi de *poena capitali*, cujus varii sunt gradus: quae videtur quoque esse sententia Schultingii, citantis *L.* 6. *pr. h. t.*

§. 1.

Qui publica sacra *compilaverunt:*] Diis dicata. Senec. *de Benefic.* VII. 7.

At qui privata *sacra*, etc.] Quae domestico jure habentur. Tertullian. *Apolog. Cap.* 13. Erant sic aedes in agris privatis, imo et sacraria in aedibus privatorum. Cicer. *Epist. ad Familiar.* XIII. 2. ubi Manut. et *pro Milon. Cap.* 31. add. Raevard. *Conject.* II. 11. et loca citata ab eodem, *ibid.* III. 13. Vid. et Scalig. *ad Fest.* voc. *mensae.* (1).

(1) Et Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad* §. 8. *Inst. de rer. division. num.* 3.

§. 2.

Non ab eo factum, cujus periculo fuit:] Hi non administrant. Facit huc §. 6. *h. l.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 10. *Cap.* 1. *num. ult.*

§. 6.

Qui pecuniam publicam in usus aliquos retinuerit, etc.] Vid. L. 2. h. t.

Eamque ab eo is, qui hoc imperio utitur, exigeret,] An, *exiget.* (1)

(1) Ita Vulg. et Rehd. Vid. Gebl. h. add. de hoc loco P. Fab. *Semestr.* I. 22.

L. XI.

Ulpianus Lib. LXVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *ne quid in loc. sacr. fiat.* Noodt. *ad Tit. Pand. de rer. division.* Vs. *At, revertar enim* etc.

Qui perforaverit muros,] Templi (1).

(1) De muris urbis et municipiorum intelligit D. Goth. *in not.* etiam P. Fab. *Semestr.* I. 22. *p.* 243.

§. 1.

'O ἐν θυσιαστηρίῳ etc.] Sunt haec ex recentioribus Constitutionibus, et male huc translata. Florentina non habet. (1).

(1) Add. Leunclav. *Notat.* II. 111. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1527. Puttman. *Adversar.* II. 50. p. 205. Pothier. *h. t. num.* 11.

L. XIII.

Is, qui praedam ab hostibus captam subripuit; etc.] Vid. Herald. *Obs. in Salmas. ad Jus Attic. et Rom.* I. 5. *num.* 9.

Et in quadruplum damnatur.] Paulus, *in Sent.* V. 27. (1) hanc poenam ceu ordinariam memorat.

(1) Ubi vid. Schulting. *not.* 3. add. de hac Lege P. Fab. *Semestr.* II. 5. et Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 135. *seq.*

L. XIV.

L. XIV.

Similiter adversus heredem exercentur:] Vid. Plutarch. *in Pompej.* p. 620. Cicer. *Orat.* I. *de L. agrar. Cap.* 4. (1).

(1) Add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 10. *Cap.* 2. *num.* 3.

TITULUS XIV.

DE LEGE JULIA AMBITUS (1).

Vid. Dion. Cass. *Lib.* LIV. *p.* 531. — Crimen capitale teste Polybio, VI. 56. — Ambitus liberalitati vicinus. Cicer. *de Orator.* II. 25. — Damnatus ejus aliquis ob donatam vini amphoram. Plin. *Hist. Nat.* XXXV. 12. — Cicer. *de Offic.* II. 6. *Male se res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia.*

(1) De hoc crimine, et variis Legibus apud Romanos de eo subinde latis Sigon. *de Judic.* II. 30. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 77. *seqq.* Pothier. *h. t. num.* 1. add. Jos. Gabaleon. Comit. Sarmator. *ad L. Jul. de ambitu*, in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 449. *seqq.* et in primis Bouchaud, *Recherches sur la loi Julia de ambitu*, in *Comm. Acad. Inscriptibn. Tom.* XXXIX. *p.* 382. *seqq.* Alii etiam citantur apud Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 2. §. 14. et Haubold. *in Epicr. Oper. Heinecc. Antiq. loc. modo cit.*

L. I.

Haec Lex in urbe hodie cessat:] Facit huc Tacit. *Annal.* I. 2. et I. 15. Juvenal. *Satyr.* X. *vs.* 77. Nondum statim sub Tiberio, ut notat Matth. *de Criminib.* XLVIII. 11. *Cap.* 1. *num.* 3. ex Plinio, *Epistol.* VI. 19. (1).

Quia ad curam Principis magistratuum creatio pertinet,]

An omnium? Vid. Dion. Cass. *Lib.* LIII. *p.* 507. ubi vid. emendationem Palmerii, add. Spanhem. *Orb. Roman. Exercit.* II. *Cap.* 20. (2). Prensationes tamen, Patrum scil. etc., tunc fuere. Arrian. *Epictet.* IV. 10. Ipsi Principes quosdam adjuvabant. Gronov. *ad Tacit. Hister.* II. 91. unde securi petebant. Quinctil. *Inst. Orator.* VI. 3. [*p.* 547. ed. Burm.] (3).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 19.
(2) Et Pagan. Gaudent. *Jurid. Expositeon.* I. 34. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 367. *seq.*
(3) Conf. H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* XI. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 138. *seqq.* add. Jos. Gabaleon. *Diss. supra laud. Cap.* 7. §. 2. *seqq.* — Ad seq. §. 1. vid. Fopp. ab Aezema, *Diss. Jur. Civ.* II. 18. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 832. *seq.* Vertr. Maur. *de Jur. Liberor. Cap.* 37. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1060. *seq.* Otton. *de Aedil. Colon. et munic. Cap.* 12. §. 2. *p.* 408.

§. 2.

Qua Lege damnatus, si alium convicerit, in integrum restituitur:] Vid. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 36. (1).

(1) Add. Cujac. *Obs.* VII. 28.

§. 4.

Per Legem Juliam judiciariam etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Langl. *Semestr.* II. 1. (1).

(1) Vid. ad hunc §. Matth. Temminck. *ad Fragm. quaed. L. Jul. de Judic. Cap.* 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 97. *seqq.* add. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 9. §. 6. *p.* 117. et et H. J. Arntzen. *Obs. Syllog. Cap.* 5. in *Actis Soc. Traject. Tom.* I. *p.* 137.

TITULUS XV.

DE LEGE FABIA DE PLAGIARIIS (1).

Capita varia possunt colligi ex *hoc Titulo*, et *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 14. ubi vid. Pith. (2) *Legem Corneliam de plagiariis* habet quoque Gravin. *de Origin. Jur. Civ.* III. 107. Sed locus Apuleji, quem laudat, forte ad *L. Corneliam de falsis* pertinet. Id vero habet Gravina a Cujacio, *in Paratitl. ad h. t. Cod.* De Apuleji loco recte etiam statuit Bynkersh. *Obs.* III. 18. (3).

(1) Vid. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 76. add. Nic. Kraayvanger. *Disp. ad L. Fab. de plagiariis.* Lugd. Batav. 1744. et Christ. Erdm. Deyling. *Diss. ad L. Fab. de plagiar.* Lips. 1745. Latam hanc Legem quosdam putare a. DLXXI. a Q. Fabio Labeone et M. Claudio Cons., sed sine idoneis argumentis, notat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 10 §. 95.

(2) Add. Paul. *Sent.* V. 6. §. 14. et V. 30. *b.* ibiq. Interpp.

(3) Add. Mascov. *ad Gravin. d. loc.* et Pith. et Schulting. *ad d. loc. Collat.* §. 3. *not.* 23. — *Plagium* unde dictum, vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 6. §. 14. *not.* 74. add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 20. et Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Libb. Jur. Epitom. Tom.* II. *p.* 989.

L. I.

Ulpianus Lib. I. *Regularum.*] Junge *L.* 8. *de div. temp. praescript.*

Si liberum hominem (1) etc.] Vid. Edictum Theoderic. *Cap.* 83.

(1) Additur: *ex Lege Fabia.* Id est, ex Rescriptis post L. Fabiam. P. Fab. *Semestr.* II. 11. in fin.

L. II.

L. II.

§. 2.

Cessare SCtum.] Vid. Cujac. *Obs.* XXI. 11.

§. 3.

Qui fugam servorum suorum vendiderunt.] Vid. Edict. Theoderic. *Cap.* 87. De ratione vid. Cujac. *Obs.* XVII. 10. (1).

(1) Add. Schulting. ad Paul. *Sent.* I. 6. *a.* §. 2. *not.* 6. Merill. *Obs.* IV. 28. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 12. *Cap.* 1. *num.* 6.

L. III. (1).

(1) Pro *et ita de bona fide possessore ipsa Lex scripta est*, in *pr.* Legis, legendum: *de mala fide possessore*, censet van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 12. Sed recte eum refutasse Puttmann. *Interpr. Cap.* 23. ait Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 289. *seq.* Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 10. §. 4. *p.* 50. legit: *nec ita de bona fide possessore* etc.

§. 1.

Adhuc accusatio et poena Legis Faviae superest,] Facit huc *L.* 16. §. 2. *de evictión.*

L. V.

Eum, qui fugitivum alienum suscepisse, etc.] Vid. Cicer. *pro C. Rabir. perduellion. reo, Cap.* 3.

L. VI.

Facit quaestionem:] *Facti quaestio est*, Rob. Steph. et Schol. Basil. (1).

Et ideo non me consuli de ea re oportet:] Vid. *L.* 79. §. 1. *de judic.* et Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de relation.* [*Tom.* IV. *p.* 225.]

(1)

(1) Sic et Leonin. *Emend.* VII. 21. Jac. Curtius, *Εἰκαςῶν*, III. 16. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 204. Otto, *in Praef. d. Tom.* V. *Thes. jur. p.* 17. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 9. §. 5. *p.* 114.

§. 2.

Invinctum *habuerit*,] Id est, *vinctum*. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1287.] (1).

(1) Add. Puttman. *Interpr. Cap.* 29. *p.* 140. Alios substituere: *in vinclis habuerit*, sed nihil mutandum, ait quoque Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Coll. LL. Mos. et Rom. p.* 288. et *ad Heinecc. Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 76. Vid. et Jo. Cannegiet. *ad Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 14. §. 3. *p.* 247. Sed Brencm. *h.* notat, Flor. hic et infra diserte esse: *invictum*, et legendum proponit: *in victum habuerit*.

L. VII.

Poena pecuniaria *statuta Lege Favia*, etc.] Inde pro *summaria* legendum: *nummaria*, apud Paulum, *in Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 14. §. 2. (1).

(1) Ubi vid. Pith. *not.* 5. add. Idem, *ibid.* §. 3. *not.* 24. et Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 16. *in not.* Quae poena fuerit Legis Fabiae, incertum est. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. §. 14. *not.* 75. et *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 14. §. 3. *not.* 25. Pluribus hanc Legem exposuit Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 986. *seqq.*

TITULUS XVI.

AD SCTUM TURPILLIANUM (1), ET DE ABOLITIONIBUS CRIMINUM.

Vid. Tacit. *Annal.* XIV. 41. Auctor *Turpillianus* (vel *Turpilianus*, ut in inscript. apud Gruter. *p.* 62. 7.) a quo et *Legem Petroniam*, de qua *L.* 16. *Cod. ad L. Jul. de adulter.*, dictam vult Brisson. *ad L. Jul. de adulter.* [*Oper. minor. p.* 206.] (2). Alterius *Legis Petroniae* mentio *L.* 11. *in fin. ad L. Cornel. de sicar.* — *Abolitionem* (3) *petere, magna res*, Quinctil. *Declam.* 371.

(1) De hoc SCto vid. Bach. *Histor. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 30. ubi etiam alii laudantur. add. Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 156. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1249. *seq.*
(2) Add. Noordkerk. *Disq. de L. Petron. Cap.* 4. et Bach. *loc. cit. not. f.*
(3) De ea ejusque origine Noordkerk. *d. loc.* §. 3. *seqq.*

L. I. (1).

(1) *Pr. Accusatorum temeritas tribus modis detegitur*, etc. De diversis his modis admodum confuse egisse Compilatores Pand. et Cod., notat Henr. Brencman. *de L. Remm. exitu, Cap.* 20. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1628.

§. 1.

Praevaricari, *vera crimina abscondere.*] Vid. ad *L.* 1. *de praevaricat.* add. Plin. *Epistol.* I. 20. Quinctil. *Instit. Orat.* XII. 9.

Tergiversari, *in universum ab accusatione desistere.*] Olim hoc liberum. Plutarch. *in Sulla*, *p.* 454. Pollet. *Histor. For. Rom.* IV. 4. et apud Quinctil. *Declam.* 319. aliquis desistit, et majus crimen objicit. A Plinio, *Epistol.* VI. 31.

31. tale quid dicitur *calumnia*, juxta Pollet. *d. loc.* add. Cujac. *Obs.* XX. 50. (1).

(1) De *tergiversatione* plura Brencman. *de L. Remm. exitu*, *Cap.* 20. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1651. *seq.* — De *Lege Remmia*, cujus mentio fit in seq. §. 2., vid. Bach. *Histor. Jur.* II. 2. *Sect.* 1. §. 97. et auctores *ibid.* a Stockman. laudd. add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de poen. temere litig.* §. 3. Petr. Jac. de Bye, *Diss. de Delicto calumniae in publ. judic.* Lugd. Batav. 1790. E. Ter. Kuile, *Diss. de calumniator.* Lugd. Batav. 1827.

§. 3.

Sed non utique, qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur:] Ideoque dura nimis Lex Scholastica apud Quinctil. *Declam.* 313. (ubi egregie disputat pro regula Marciani) et *Declam.* 351.

Nam ejus rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, etc.] Vid. Plin. *Epistol.* III. 9. Ascon. *in Cicer. Orat. pro Scauro*, *in fin.* add. *L. ult. Cod. Theod. ad L. Cornel. de fals.* Late Matth. *de Criminib.* XLVIII. 17. *Cap.* 3.

Et siquidem justum ejus errorem repererit, absolvit eum; etc.] Saeviit ergo ultra modum Macrinus, omnes, qui non probassent, puniens. Vid. Capitolin. *in Macrino*, *Cap.* 12. *in fin.*

§. 4.

Nam, ut Papinianus respondit, *facti quidem quaestio in arbitrio est judicantis;* etc.] Vid. *L.* 15. *pr. ad Municipal.* (1). De facto *judicare*, de poena *censere*, Cicer. *Catilin.* IV. 3.

Poenae vero persecutio etc. *Legis auctoritati reservatur.*] Add. *L.* 8. *in fin. Cod. ad L. Jul. de vi.* Cicer. *in Verr.* I. 47. et *pro Sulla*, *Cap.* 22.

(1) Add. Schulting. *Diss. de recusation. Judic. Cap.* 7. §. 3. *p.* 80. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 208.

§. 208. Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 11. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 157.

§. 6.

Et translatitio munere accusandi defungitur:] Nec satis urget, quae sunt inculcanda. Plin. *Epistol.* I. 20.

§. 7.

Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur.] Vid. *L.* 6. §. 3. *de Decurion.* add. *L.* 3. *in fin. de praevaricat.*

§. 8.

Abolitio privatim a Praesidibus postulari ac impetrari solet.] Caussa cognita. Vid. Plin. *Epistol.* VI. 31. et VII. 6. Non facile. *L.* 14. §. 2. *de bon. libertor. L.* 15. *pr. de Jur. fisc.*

Nec praesens *hanc cognitionem* etc.] Lege: *Praeses*, cum aliis et Rob. Steph. (1). Favent Basilic., etsi dissentit Scip. Gentil. *de Jurisdict.* II. 10. [*Oper. Tom.* III. *p.* 156. *seq.*]

(1) Ita etiam Hal. et Vulg., probante Brencm. *h.* et van de Water, *in not. MSS.*

§. 9.

Si plura crimina *idem eidem intulit*, etc.] Ejusdem, vel etiam diversi generis, modo non apud Magistratum Lege adstrictum. (1).

(1) Add. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 7. §. 3. *p.* 79.

§. 10.

Atquin idem alias scribit, etc.] Vid. *L.* 39. §. 6. *ad L. Jul. de adulter.* (1).

Ne in hoc SCto *incidat.*] Sic et mox (2).

(1)

(1) Ad quam vid. notata. et Cujac. *Obs.* XX. 30.
(2) Add. C. V. Vonck. *Specim. Critic. in varios Auctores, p.* 37.

§. 11.

Suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantum examinari potest.] Non a Magistratu Municipali. Vinn. *ad* §. 1. *Inst. de susp. tutor.* et *de Jurisdiction. Cap.* 7. *num.* 11. (1). Ergo est hoc imperii. add. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 9. *Thes.* 3. *Lit. c. p.* 475. *seq.*

Et tamen, qui ab ea destitit, SCto non tenetur.] Vid. tamen *L.* 7. §. 1. *h. t.*

(1) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de suspect. tutor.* Vs. *Proxima Ulpiani* etc. circa fin.

§. 12.

Et tamen contra desertorem Senatusconsulti etc.] Accusationis ex eo.

§. 13.

Qui accusatorem summittit,] Vid. *L.* 15. *pr. h. t.*

Merito calumniantis et desistentis poenae (1) subduci *debuit,*] Non tam grave videtur, quod taxatur *L.* 20. *de his qui not. infam.* (2). Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. d. L.* 20. Aliter Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. *num.* 10. Aliter Schol. Basilic. *Tom.* II. *p.* 631. et *Tom.* VII. *p.* 22. — *Subduci.* Flor. *subdici.* Lege: *subdi*, vel *subjici*, et sic Rob. Steph. (3).

Nisi subornatus accusator etc.] De hoc hominum genere Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de calumniator.* [*Tom.* III. *p.* 316. *seq.*] Pollet. *Histor. For. Rom.* IV. 4.

(1) Flor. *poena*, sed factum: *poenae.* Vid. Brencm. *h.* Praecedit: *nam* deficiendo *crimini*, etc. Flor. est: *diffidendo*, quam lectionem verissimam esse, ab eaque non recedendum, monet van de Water, *in not. MSS.*

(2) Ad quam vid. notata.
(3) *Subjici* etiam Hal. et Vulg. Alterutrum probat quoque Brencm. *h.* add. Bynkersh. *Obs.* V. 25. §. 11.

§. 14.

Quia provocationis remedio etc.] Vid. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de appellation.* §. 1.

L. II.

Qui destiterit *agere* (1), etc.] Aliud *non peragere*, in Lege Petronia. *L.* 16. *Cod. ad L. Jul. de adulter.* de quo tamen videndum. Conf. *L.* 15. *pr. h. t.*

(1) Van de Water. *in not. MSS.* locum hunc ita interpungit: *qui destiterit, agere amplius* etc. add. Paul. *Sent.* I. 6. *b.* ibiq. Interpp.

L. III.

Et in privatis, et in extraordinariis *criminibus* etc.] Sic Paulum scripsisse, putat Cujac. *ad Paul. Sent.* I. 5. §. 2. *not.* 3. (1).

(1) Add. Schulting. *ibid.* quem etiam vid. *ibid. not.* 2. de voce *calumniosi.*

L. IV.

Mulier, quae falsi crimen injuriae *propriae* etc.] *Non injuriae propriae*, Curtius, Εἰκασῶν, II. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 286.] et Ant. Fab. *Conject.* II. 20. *num.* 7. refutati a Cujacio, *Obs.* XX 8. quem probat Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 9. *Thes.* 4. *Lit. e. p.* 481. *seq.* (1). Non obstat *L.* 1. §. 10. *h. t.* sive enim propriam vindicet injuriam, sive alienam, utroque casu non tenetur. Nec obstat *L.* 5. *Cod. h. t.* Vid. Bachov. *d. loc.*

(1) Add. Otton. *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 17. et *in Papinian. Cap.* 17. §. 6. *p.* 725.

§. 1.

§. 1.

Post abolitionem idem crimen ab eodem in eundem instaurari non potest.] Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 17. §. 1. *not.* 3. Exceptio *L.* 1. *Cod. de abolition.*

L. V.

Quaesitum est, an is, qui libello Principi dato etc.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 5. *Cod. Theod. de accusation.* [*Tom.* III. *p.* 11.] (1).

(1) Et Scip. Gentil. *in Apolog. Apulej. not.* 24. *Oper. Tom.* VI. *p.* 9. *seq.*

L. VI.

De compositione *ejus criminis*,] Id est, *transactione.* Sic et Sueton. *in Caligul. Cap.* 40. (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 6. *b. not.* 4. et Noodt. *in Dioclet. et Maxim. Cap.* 7. — De *notoriis*, in seq. §. 3, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 424. *not.* 10. et auctores ibi laudd. add. Pancirol. *Thes. Var. Lection.* I. 37. et II. 137. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 982. et 1281. Brencm. *de L. Remm. exitu, Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1583. Conrad. *Parerg. p.* 544.

L. VII.

Eo jure repetit, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, nullo modo repetit. *L.* 12. §. 1. *de accusat.*" Non obstat.

Non aeque *enim possunt praescriptiones ei objici*, etc.] *Neque enim*, Vulg. (1) probante Leonino, *Emend.* VII. 21.

(1) Etiam Hal. et Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.* Nihil mutat Pothier. *h. t. num.* 31.

L. VIII.

Aut publicam gratulationem.] Id est, *supplicationem.* Sic et Cicer. *Catilin.* IV. 10. ubi vid. Graevium. (1).

(1) De *abolitione publica* Puttman. *Adversar. Jur. univ.* I 15. ubi *p.* 234. *seq.* de hac Lege. add. Jac. Leet. *ad Aem. Macr. de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 106.

L. X.

Aut privatim actore postulante.] Vid. *L.* 1. §. 8. *h. t.* (1).

(1) Seqq. verba: *fit ex Lege abolitio*, Perrenon. *Animadv.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 640. interpretatur: *ex inscriptorum numero rei nomen aboletur*, secutus Harmenopulum.

§. 1.

Non retractabitur etc.] Id est, non iterum quaeretur. (1).

(1) Add. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *retractare.* — Ad seq. §. 2. vid. Bach. *in Trajano*, *p.* 126. *seq.*

L. XI.

Calumnia non puniri eos, qui praescriptione temporis exclusi, etc.] *Opposita* praescriptione exclusi non egent abolitione: non ultro desistunt, nec eadem ratio. Vid. Cujac. *Obs.* XX. 30. (1) et *ad Libb. Papin. de adulter. in expl. L. praec.* et Brisson. *ad L. Jul. de adulter.* [*Oper. minor. p.* 205.]

(1) Et XXI. 3.

L. XII.

Eximitur autem reorum *abolitione interveniente.*] Nihil mutandum (1).

(1) Add. Noordkerk. *Disq. de L. Petron. Cap.* 4. §. 3. *p.* 138. D. Goth. *in not.* „Al. *reis.*" Ita Taurell. in margine. Hal. et Vulg. *reus publica abolitione interveniente.* Vid. Brencm. *h.*

L. XIII.

L. XIII.

§. 1.

Sed qui permissu Imperatoris ab accusatione destitit, impunitus est.] D. Goth. *in not.* „Imo, non est, quum sit infamis. *L.* 2. *Cod. eod.*" Nihil ibi hac de specie.

L. XV.

Qui subjecissent accusatores,] Vid. *L.* 1. §. 13. *h. t.* (1). *Hoc autem verbum* nec (2) *peregissent, etc.*] Vid. *L.* 16. *Cod. ad L. Jul. de adulter.*

(1) Add. Pagan. Gaudent. *Juridic. Exposition.* II. 22. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 382.

(2) *Nec* Vulg. omittere, notat Jauch. *de Negation. p.* 153. etiam Flor. fuit deletum, sed litura mox exsiccata. Vid. Brencm. *h.* Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Aem. Macr. de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 107. *seqq.*

§. 1.

An ad eos, qui hodie *de judiciis publicis etc.*] Vid. *L.* 13. *de poen.*

§. 2.

De quorum calumnia agi non permittitur,] Brisson. *ad L. Jul. de adulter.* [*Oper. minor. p.* 205.] intelligit parentes et patronos, de quorum calumnia non queritur. *L.* 2. *L.* 5. *L.* 7. §. 3. *de obseq. parent. et patron. praest.* Aliud in patroni filio. *L.* 14. §. 2. *de bon. libertor.* Probante Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 32. *Thes.* 2. *Lit. g. p.* 1252.

Non incidere in poenam hujus SCti, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo incidunt: maritus enim jure mariti accusat, sine metu calumniae. etc." Non tamen semper. Vid. *L.* 6. *Cod. cit.* hic videntur hi tantum recenseri, de quorum calumnia in universum a reo queri non potest. (1).

(1) Verba: *vel biennio*, in seq. §. 5., Triboniano adscribit Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 7. *p.* 153. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. p.* 392. *seq.*

L. XVI.

Domitianus rescripsit, etc.] Conf. *L.* 2. §. 1. *de custod. reor.* (1).

(1) De hac Lege Langebek. *Annotation. Cap.* 15. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 556. Pro *ne judicium finiatur*, Cujac. *Obs.* XX. 12. legit: *donec judicium finiatur.* Sed Vulg. Lectionem commodum habere sensum, nec emendatione indigere, monuit van de Water, *in not. MSS.*

L. XVII.

Et priusquam persequetur, etc.] Non ergo lis erat contestata, sed oblatus tantum libellus, ut *L.* 5. *h. t.* Sic Cujac. *Obs.* XX. 21. et *ad Libb. Modestin. Resp. in expl. h. l.*, per *L.* 2. *Cod. de general. abolition.* D. Goth. *in not.* „ *persequeretur*, Vulg." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Ad §. 2. *seq. L.* 18. vid. Langebek. *loc. modo cit. p.* 557.

TITULUS XVII.

DE REQUIRENDIS (1), VEL (2) ABSENTIBUS DAMNANDIS.

Tempore liberae reipublicae interdum absentes rei capitalis damnati. Cicer. *in Verr.* II. 38. *et* IV. 19. Cujac. *Obs.* XX. 21. (3) quod tamen scrupulo non caret. (4).

(1) *Reis* inferunt Vulg. et Hal. Vid. Brencm. *h.*
(2) *Nec*, Hal. Vid. D. Goth. *in not.*
(3) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 5. §. 9. *not.* 40.

(4)

(4) Add. Herald. *de Ren. judic. auctor.* I. 10. §. 5. *seqq.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1130. *seq.* ubi contra Cujacium disputat.

L. I.

Ne quis absens puniatur:] *Ne occidatur indemnatus*, cautum XII. Tabulis, Salvian. *de Gubernat. Dei, Lib.* VIII. *in fin.* ubi vid. Rittershus. add. Cujac. *Obs.* IV. 12.

Et hoc jure utimur, ne absentes damnentur: etc.] Tertullianus, *de Testimon. animae, Cap.* 4. *quod nulla ratio sit judicii sine exhibitione ejus, qui meruit judicii passionem.* add. Theodorit. *Histor. Ecclesiastic.* II. 16. Facit huc Quinctil. *Declam.* 366. Exceptio *L.* 21. *Cod. de poen.* Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 14. *Cod. Theod. de poen.* [*Tom.* III. *p.* 355.] (1).

Neque enim inaudita caussa etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Senec. *Apocoloc. p.* 829. Grot. *in Flor. Spars. p.* 271. *seq.* Rittershus. *Sacr. Lect.* VII. 15. Vid. et *ad Paul. Sent.* V. 5. §. 9.

(1) Add. Dan. Deutz. *Diss. ad L.* 33. §. 2. *de procurator. Cap.* 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 323. *seqq.* et Puttman. *Adversar. Jur.* I. 14.

§. 1.

Sive capitalem:] Ergo et in *laesae majestatis* reo. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 3. *num.* 5. *in fin.* et *Cap.* 4. *num.* 4.

Hoc casu non est irroganda in absentem poena,] Vid. *L.* 5. *de poen.*

Sed absens requirendus adnotatus *est*, etc.] *Adnotandus*, Hal. etiam Rob. Steph. (1).

(1) Quid sit *annotare reum requirendum*, explicat Duaren. *Disp. Anniversar.* I. 8. add. S. G. Blancard. *Diss. de Villa motu Judicis diruta, Cap.* 2. §. 4.

in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 302.

§. 3.

Et ex hoc *annus computatur* etc.] Vid. *L.* 4. *h. t.* D. Goth. *in not.* „Imo, non ex hoc, sed ex die accusationis. *L.* 2. *Cod. eod.*" Non obstat (1).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4.

§. 4.

Nam et si intra annum mortuus sit, etc.] Vid. *L.* 1. *Cod. h. t.*

L. II. (1).

(1) Ad hanc et seq. *L.* 4. vid. Jac. Lect. *ad Aem. Macr. de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 111. *seq.*

§. 1.

Sed si per viginti annos Fiscus etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 2. *num.* 21. (1).

(1) Ad verba: *si non alia sit praescriptio*, in seq. *L.* 3., vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 14. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 210.

L. IV.

Annus exinde computandus est, etc.] Vid. *L.* 1. §. 3. *h. t.* (1).

(1) Notavit ad hanc Legem Rucker. „Verba: *facta est*, Flor. absunt, et abesse etiam debent: est enim hoc falsum, annum currere statim a die factae annotationis, quam absens annotatus utique scire non potest. Sed incipit currere, ex quo per publice propositum edictum publice innotuit annotatio: res certa est ex §. 1. *h. l.* Vid. et *L.* 1. §. 3. *h. t.* et Basil. *Tom.* VII. *p.* 793. *et* 795. Sed sequens vocula *quae* rectius abesset." Hal. *quae* delet. *Facta est* addit Vulg. Vid. Brencm. *h.* Forte verba: *facta est*, non suo loco inserta sunt, atque ita legendum: *ex quo ea annotatio, quae facta est, vel edicto*, etc.

§. 1.

§. 1.

Numeretur,] *Numeratur*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. et ita Flor. factum. Vid. Brencm. *h.*

L. V.

Et se purgaverint (1),] Non opus hoc. *L.* 1. §. 4. *h. t.* (2).

(1) In edit. Taurell. verba haec duobus asteriscis inclusa sunt. Pro iis tamen retinendis facit *L.* 1. *Cod. h. t.*
(2) Sed ibi satis obtulit.

TITULUS XVIII.

DE QUAESTIONIBUS (1).

Vid. Auctor. *ad Herenn.* II. 7. Ciceron. *Partition. Orat. Cap.* 34. Augustin. *de Civitat. Dei*, XIX. 6. — *Quaestiones cruentae, interrogationes funestae*, Amm. Marcellin. XXX. 8. *p.* 605. — Olim et privatim habitae. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 63. Vid. ad *L.* 15. §. 34. *de injur.* — An tormenta legitimus veritatis indagandae modus, Matth. *de Criminib.* XLVIII. 16. *Cap.* 5. (2).

(1) *De origine et ratione quaestionis per tormenta apud Graecos et Romanos* Commentationem scripsit Jo. Frid. Reitemeier. Gött. 1783. add. Ernst. Christ. Westphal. *die Tortur der Griechen, Römer, und Deutschen.* Lips. 1785. Plures alii, qui de *quaestionibus* scripsere, citantur in *Bibl. Jurid.* Lipen. ejusq. *supplem.* Varia de *quaestionibus* et *tormentis* habet quoque Langl. *Semestr. Lib.* IX.
(2) De hac quaestione olim varie disputatum. Cum Matthaeo *torturam* improbant March. a Beccaria, *de delictis et poenis.* Jos. von Sonnenfels, *über die abschaffung der Tortur*, aliique. Pro moderato vero et prudente tormentorum usu disputavit Joh. Voet. Ora-

tione, quam inseruit *Comm. ad h. t. Pand. num.* 1. etiam Augustin. a Leyser. *Meditat. ad Pand. Spec.* 630. aliique. Vid. et Franc. Gualther. Blok. *Spec. ad M. Tullii Ciceronis de quaestionibus judicium, Partit. Orator. Cap.* 14. Lugd. Batav. 1771. ubi etiam plures alii in utramque partem laudantur.

L. I.

In criminibus eruendis *quaestio adhiberi solet.*] Al. *servandis* (1). Budaeus, *scrutandis.* Male, et recta Florentina. Sic et *L.* 23. §. 4. *ad L. Aquil.* Paul. *in Sent.* V. 14. §. 1. Tertullian. *Apologet. Cap.* 2. Juret. *ad Symmach.* VII. *Epist.* 109. (2).

Et non esse a tormentis incipiendum,] Vid. Quinctil. *Declam.* 18.

(1) Ita Hal. et Rehd. Vid. Geb. *h.*

(2) Add. P. Fab. *Semestr.* III. 10. *p.* 133. et Schulting. *ad Paul. Sent. loc. cit. not.* 3. — Pro *et aliis argumentis ita* probatione admovetur, etc., in seq. §. 1., van de Water, *in not. MSS.* legendum conjicit: *probationes adjuventur*, ut *L.* 5. *Cod. de probation. L.* 21. *Cod. eod. L.* 3. *Cod. sine censu vel reliquis* etc.

§. 2.

A suspectissimo incipiendum, et a quo facillime *posse verum scire Judex crediderit.*] Vid. *L.* 18. *pr. h. t.* Ergo a foeminis. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 22. *Def.* 18. *Scire.* D. Goth. *in not.* „*sciri*, Hal. Vulg." etiam Rob. Steph. Nisi legas, *posse se scire.*

§. 3.

Ad quaestionem non esse provocandos etc.] Statim. *L.* 10. §. 4. *h. t.* Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 809. Sed vid. *L.* 24. *de testib.* et *d. L.* 10. §. 4. est de alio casu. add. Ciceron. *pro Milon. Cap.* 22. ubi Comm.

Quam ambo parentes dicuntur caram filiam habuisse,] Non obstat *L.* 1. §. 5. *de Carbon. edict.* a Gloss. objecta.

§. 5.

§. 5.

Non esse de domino interrogandos.] Vid. *L.* 9. §. 1. *h. t.*

Ne quidem, si ultro aliquid dixerint, obesse hoc domino.] Vid. §. 16. *h. l.* et *L.* 18. §. 5. *h. t.* (1).

(1) Add. Paul. *Sent.* V. 16. §. 4.

§. 6.

Divi Fratres Leliano *Longino rescripserunt,*] *Lelliano*, Schol. Basilic.

De servo heredum *non esse habendam quaestionem* etc.] *Heredis*, Basilic. et Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 819. quod praefero. Aliter Muret. *Obs.* *Cap.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 135.] (1).

Quod imaginaria *venditione* etc.] Id est, in fraudem legis facta. add. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *imaginarius*, ubi hunc tamen locum aliter explicat. *Imagines juris*, Liv. XLI. 8. Nota, quod hic dicitur heres *dominium quaesisse* (2).

(1) Sed vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 7. *not.* 19. quem probat van de Water, *in not. MSS.*
(2) Add. Schulting. *loc. modo cit.*

§. 7.

Quia non sit illorum servus, sed Reipublicae.] Vid. *L.* 7. §. 1. *quod cujusq. univ. nom.*

§. 8.

Idem est et in libero homine, etc.] D. Goth. *in not.* „Liberi homines, quibus hodie ad servitia domestica utimur, etc." Nec etiam hic de talibus agitur, quales sunt nostri ministri, sive mercenarii.

§. 12.

Quia desierunt esse ipsius,] Hoc modo, non aliis. *L.* 17.

L. 17. §. *ult.* *L.* 18. §. 6. *h. t.* *L.* 14. *Cod. eod.* Vid. Glosf. (1). Ratio infirma. Cujac. *ad L.* 1. *Cod. h. t.* [*Oper. Postum. Tom.* V. *p.* 1523.]

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 8. *not.* 23. et Bach. *in Trajano*, *p.* 184. quem etiam vid. *ibid.* *p.* 183. ad *praec.* §. 11.

§. 14.

Torqueri in caput *posse*, etc.] *In caput ejus*, Rob. Steph. Basil. *Tom.* VII. *p.* 799. κατ' αὐτοῦ. (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 7. *not.* 19.

§. 15.

Si quis dicatur nullo jure emtus,] Ut a Judaeo Christianus, Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 811. Sed id jus longe post haec inductum.

§. 16.

Multo minus Indicia *servorum contra dominos admittenda sunt.*] Vid. §. 5. *et* 22. *h. l.* (1).

(1) Pro *Spicio*, in *pr.* §[i]., forte legendum: *Apicio*, conjicit van de Water, *in not. MSS.*

§. 17.

Divus Severus rescripsit, *confessiones reorum* etc.] Facit huc §. *ult.* *h. l.* add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 16. *Cap.* 1. *num.* 1. (1).

(1) Et Schulting. *Diss. ad L.* 1. §. *ult.* *h. t.* §. 4.

§. 19.

Sed ab hoc rescripto recessum Constitutiones posteriores ostendunt.] Add. Paul. *Sent.* V. 15. §. *ult.* ubi Cujac. *not.* 10. (1).

(1) Vid. et de hoc §. Bach. *in Trajano*, *p.* 184. *seqq.*

§. 20.

§. 20.

In caussa tributorum, etc.] Add. *L.* 1. *Cod. h. t.* Quod ut tyrannicum accusat Lactant. *de Mortib. persecutor. Cap.* 23. add. ad hunc §. Cujac. *Obs.* VI. 19.

In quibus esse reipublicae nervos, etc.] Add. Cicer. *pro Lege Manil. Cap.* 7. *Orat.* II. *de Lege agrar. Cap.* 18. *Ad Q. Fratrem, Lib.* I. *Epist.* 1. *Cap.* 11. Cujac. *d. loc.*

Ejusdem professionem exstruat.] Vir Doctus, *adstruat.* Cujacius, *loc. cit.* videtur voluisse: *exstruat.* Idem, *ad L.* 1. *Cod. h. t. instruat* videtur praeferre (1). Ferand. Adduens. *Explication.* I. 49. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 556.] ut hic; sed non explicat.

(1) *Instruat*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* qui mavult: *destruat.* Leunclavius, *Notator.* II. 113. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1528. legit: *extrudat.* Van de Water, *in not. MSS.* ait: „Ego suspicor legendum: *extenuat*, et hanc Legem plane alio sensu, ac credidit Cujacius, intelligendam: servis scil. non nimium credendum, praesertim ob periculum capitalis poenae, quod eorum accusationem elevat. Sic *extenuare rem judicatam* dicitur in *L.* 7. §. 2. *de transaction.* add. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *extenuare.*".

§. 21.

Qui quaestionem habiturus est, „non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit: etc.] Vid. Cicer. *pro Milon. Cap.* 22. add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 16. *Cap.* 4. *num.* 10. (1).

(1) Et Bach. *in Trajano, p.* 186. *seq.*

§. 22.

Si dum *quaestio habetur*,] D. Goth. *in not.* „*At si dum*, Hal. *Et si dum*, Vulg." Et sic Basilic. Schol. *Tom.* VII. *p.* 812.

Rei fuerit indicium, non interrogationis *culpa.*] D. Goth.

Goth. *in not.* „Al. *interrogamus.*" Sic Rob. Steph. etiam Basil. et Schol. Basilic.

§. 23.

Etenim res est fragilis, et periculosa, et quae veritatem fallat.] Vid. Cicer. *pro Sulla, Cap.* 28. sibi contrarius, *Topic. Cap.* 20. *Partit. Orat. Cap.* 14. Vid. et Curt. VI. *ult.* Augustin. *de Civit. Dei*, XIX. 6. add. Langl. *Semestr.* IX. 2. Forner. *Rer. quotid.* III. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 203.] Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad h. t. Cod.* Mornac. *ad L.* 7. *de probation.* (1). Exempla apud Val. Maxim. VIII. 4. Amm. Marcellin. XIV. 9. XV. 5. *p.* 81. XXII. *in fin.* In utramque partem Quinctil. *Inst. Orator.* V. 4.

Ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, verum etiam alios comminentur.] D. Goth. *in not.* „*Criminentur*, Vulg." Etiam Rob. Steph. (2) recte, et Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 812. Nic. Catharinus, *Obs.* I. 49. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 497.] legit: *ita fit, ut etiam varia modo fateantur non tantum in se, verum etiam in alios commentiantur.* Vel: *ita fit, ut etiam varia non tantum in se, verum etiam in alios commentiantur.* Vel: *ita fit, ut vera non tantum in se non fateantur, verum etiam varia in alios commentiantur.*

(1) Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13. Sequitur: *nam plerique patientia sive duritia tormentorum* etc. Brencm. *h.* legit: *patientia tormentorum, sive duritia.* Sed, ut Flor., etiam Basil. Schol. *Tom.* VII. *p.* 812. add. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 7. Sequitur: *ut in quovis mentiri.* Hal. *ut quodvis mentiri.* Flor. *ut* quovis *mentiri*, pro *quodvis.* Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 5. §. 10. *p.* 51. *Ut potius mentiri*, J. B. Koehler. *loc. modo cit.*

(2) Etiam Hal. et Taurell. in margine, probante Brencm. *h.* Sic etiam Koehler. *d. loc.* et Schulting. *Diss. ad L.* 1. §. *ult. h. t.* §. 5. et Heinecc. *Opusc. Syllog.* Ex-

Exercitat. XVIII. §. 34. *Oper.* *Tom.* II. *p.* 690.

§. 24.

Non tamen sub praetextu inimicitiarum detrahenda erit fides quaestionis.] *Quaestioni*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 26.

Ut neque destricte non *habeatur*,] Sic Schol. Basil *Tom.* VII. *p.* 812. (1).

Neque enim invalidum *argumentum haberi* etc.] *Id validum*, Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de malefic. et mathematic.* Basilic. Schol. ut hic, nec video cur mutemus. (2).

(1) Hal. omittit *non.* Jauch. *de Negat. p.* 153. Vulg. convertit in *hoc.* Vid. Brencm. *h.* Totum hunc §. infeliciter e Graeco versum, ait Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 506.
(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 10. *not.* 26.

§. 27. (1).

Si quis ultro de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est:] Vid. M. Senec. *Exc. Controv.* VIII. 1. Tertullian. *Apologet. Cap.* 2. Lucian. *Toxar. p.* 54. Achill. Tat. *Lib.* VII. *p.* 431. *seq.* add. Mornac. *ad L.* 25. §. *ult. ad L. Aquil.* Carpzov. *Defin.. Forens. Part.* IV. *Const.* 3. *Def.* 16. et *Const.* 33. *Def.* 1. *seqq.*

Et exstat epistola Divorum Fratrum ad Voconium Saxam (2), *qua continetur, liberandum eum, qui in se fuerat confessus*, etc.] Jus Longobardicum, quod huic opponit Glossa, non agit de his circumstantiis.

Primitivum] De hoc nomine Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 31. (3).

Perseverantem *falsa demonstratione*,] Non facile.

Quaesiturus de consciis,] Vid. *L.* 29. *de poen.* (4).

Cum

Cum in tormentis *confiteri*,] Aliorum scil.

Potes itaque Decreti gratiam facere, etc.] Contra ac Piso apud Senec. *de Ira*, *Cap.* 16.

Hac epistola significatur, quasi *servus damnatus*, etc.] Id est, *quod.* (5).

Sed Praeses Provinciae eum, *quem damnavit*, *restituere non potest* (6):] Nec absolutum damnare, etsi postea confessum. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 19. *Cap.* 2. *num.* 8.

(1) *Dissertatio* Schultingii *ad hunc* §. adjecta est ej. *Enarrat. Part. Prim. Pand.* Ad eund. §. commentatus quoque est Jo. Ortw. Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XVIII.

(2) De quo vid. Schulting. *laud. Diss.* §. 10. et Westenberg. *d. loc.* §. 11. *seq.* add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 279. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1396.

(3) Add. Schulting. *Diss. laud.* §. 12. et Westenberg. *d. loc.* §. 13.

(4) Notavit ad haec verba Rucker. „Reus sponte confessus de se, potest torqueri de consciis; non vero, qui in tormentis de se confessus est. *L.* 16. §. 1. *h. t.* Aliter explicat Jac. Lect. *ad Modest. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 149."

(5) Add. Schulting. *Diss. laud.* §. 20. Malam versionem dicit Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 507. Verba haec: *Hac epistola* etc. usque ad *antequam damnetur*, spuria esse, existimare P. Fabrum, *Semestr.* II. 14. *p.* 578. sed sine ratione, notavit van de Water.

(6) Vid. Schulting. *Diss. laud.* §. 21. Add. Cujac. *Obs.* XX. 32. et Ranchin. *Var. Lect.* I. 11. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 920. Sequitur: *postea ratio innocentiae constitit.* Vid. de hac locutione Schulting. *Diss. laud.* §. 22. *p.* 559. add. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 118.

L. II.

L. II.

Ulpianus Lib. XXXIX. *ad Edictum.*] Agit illic de *bonorum posseſſionibus.*

Hereditarii ſervi, quamdiu incertum est, etc.] Facit huc *L.* 15. *de reb. dub.*

Non poſſunt videri in caput domini torqueri.] Graeci [*Tom.* VII. *p.* 813.] caſum ponunt ex *L.* 6. §. 1. *h. t.* add. et *L.* 10. *Cod. eod.*

L. III.

Idem Lib. L. *ad Edictum.*] De *SCto Silaniano* et affinibus agens.

Plurium ſervum in nullius caput torqueri poſſe.] Exceptio *L.* 17. §. 2. *h. t.*

L. IV.

In inceſto, etc. *ſervorum tormenta ceſſant:* etc.] Vid. *L.* 39. *in fin. ad L. Jul. de adulter.* (1). Aliud in caſu *Legis ſeq.* Loca a D. Goth. oppoſita alio ſpectant, et agunt de eo, qui Virginem Veſtalem, vel Sacra Populi Romani inveſtaviſſet. Vid. Valeſ. *ad Amm. Marcellin. Lib.* XXVIII. *p.* 519. quod firmat Valer. Maxim. VI. 8. junct. Pigh. *Annal. ad a.* 640. *p.* 109. Facit huc Cicer. *de Legib.* II. 9. Tibull. I. 5. *vs.* 30. ubi vid. Brouckhuſ. Male Briſſon. *ad L. Jul. de adulter.* [*Oper. minor. p.* 219. *ſeq.*] (2).

(1) In crimine *inceſtus ſimplicis* non torquentur ſervi in caput domini: ſed quidem, ſi inceſtus crimini *adulterium* conjunctum ſit. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 19. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 204. *ſeq.*

(2) Add. Jo. Guil. Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 8. §. 5. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 275. *ſeq.* et Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 6. *p.* 725.

L. V.

Denique hoc caſu ſervi in perſona domini torquentur.]

 Vid.

Vid. *L.* 59. *in fin. ad L. Jul. de adulter.* Secus *Lege praec.*

L. VI.

Si vere causfa perorata, etc.] Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 16. [§. 5. *not.* 9.] Glossa hoc non intelligit.

Aestimatio habetur:] Recte. Non opus legere: *debetur.*

Secuta vero damnatione, quae supersunt, publicantur.] Vid. *L.* 27. §. 11. *ad L. Jul. de adulter.*

L. VII.

Ut servus salvus sit vel innocentiae, *vel supplicio.*] D. Goth. *in not.* „*vel innocentia*, Hal." Male. (1).

(1) Add. Curtium, Εἰκαςῶν, I. 48. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 155. et Otton. *in Praef. d. Tom.* V. *p.* 15. et Marckart. *Interpr. rec. Lect.* II. 18. §. 2. *p.* 288. *seq.*

L. VIII.

Vivio Avito et Lucio Aproniano *Consulibus*,] *Apronio, Fast. Consular.* Fuere Consules suffecti a. 760. ex Kal. Jul. (1).

Et *cum capitalia* etc.] Lege: *sed.* Basilic. ἀλλὰ, et sic Rob. Steph. (2).

(1) Add. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 4. §. 8. et auctores ibi laud.

(2) Etiam Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. IX.

Si aliter veritas inveniri non possit:] Plene. Sic non obstat *L.* 1. *pr. L.* 20. *h. t.* Noodt. *Probab.* I. *ult.* §. *ult.* Facit huc *L.* 15. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Shulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. 5. *not.* 16. et *Thes. Controv. Dec.* 100. §. 9. Vid. et Marckart. *Probab. rec. Lect. Part.* II. *p.* 54. *seqq.*

§. 1.

Et multo minus indicia servorum etc.] Vid. *L.* 1. §. 5. *et* 16. *h. t.*

§. 2.

De eo, qui in insulam deportatus est, etc.] Ut Jure Gentium *libero.* Cujac. *in not. poster. ad* §. 2. *Inst. de capit. deminut.* (1).

(1) Add. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 10. *p.* 58.

L. X.

De minore XIV. *annis quaestio habenda non est.*] Vid. *L.* 1. §. 33. *de SCto Silan.* Etiam pubertati proximo. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 16. *Cap.* 2. *num.* 9.

Ut et D. Pius Caecilio etc.] *Maecilio, L.* 15. §. 1. *h. t.* Sed *Caecilio* praefert Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 22. (1).

(1) Add. Bynkershoek. *Obs.* III. 7.

§. 2.

Nec filii servos in caput patris etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, sunt interrogandi. *L.* 1. §. 14. *de SCto Silan.*" Ibi non fit in caput patris.

§. 5.

Plurimum quoque in excutienda veritate etiam vox ipsa, etc.] Vid. Zanger. *de Tortur. Cap.* 2. *num.* 101.

L. XI.

Etiamsi redhibitus fuerit servus, in caput emtoris non torquebitur.] Quia plene ipsius fuit.

L. XII.

Ulpianus Lib. LIV. *ad Edictum.*] Agens de *caussis status.*

Non esse eum ante torquendum, etc.] Vid *L.* 28. *Cod. ad L. Jul. de adulter.*

L. XIII.

Certo pretio servum aestimatum etc.] Vid. *L.* 8. *de praescr. verb. L.* 27. *pr.* et §. *pen. ad L. Jul. de adulter. L.* 3. *Cod. eod.*

Interposita stipulatione,] Si moriatur. Simile apud Aristoph. *in Ranis*, *vs.* 636. (1).

(1) Add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. judic.* §. 25.

L. XIV.

Idem Lib. VIII. *Regularum.*] Pertinet Lex ad *Tit. seq.* (1).

Non ut servus ob ambiguum conditionis, etc.] Ex rescriptis Principum. *L.* 9. *in fin.. tit. seq.* (2). D. Goth. *in not.* „Imo, ut servus. *L.* 29. *pr. de stat. liber.*" Ibi proponitur, quod ratio juris vult (3).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de stat. homin.* §. 6.
(2) Ad quam vid notata.
(3) Add. notata superius ad *d. L.* 29. *pr.*

L. XV.

Ex libero homine etc.] Exceptio *L.* 21. §. 2. *de testib.*

Non vacillante] Huc spectat *L.* 16. *de testib. L.* 27. §. 2. *ad L. Corn. de fals.* add. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 4. *num.* 9. *seq.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1099.]

Quaestionem haberi non oportet.] Vid. Basilic. Schol. *Tom.* VII. *p.* 816. *L.* 18. §. 3. *h. t. L.* 14. *Cod. de testib.* Si vacillant, nec veritas aliter inveniri potest, Glossa et in *caussis Civilibus* tormenta admittit. Facit huc *L.* 9. *pr. h. t.* Sed vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 16. *Cap.* 2. *num.* 5. *seq.* qui restringit ad *Criminalia.*

§. 1.

§. 1.

Maecilio] *Caecilio*, *L.* 10. *pr. h. t.* (1).

Suspectiores quoque eosdem facit ad mentiendi facultatem.] D. Goth. *in not.* „*Facilitatem.*" Sic Rob. Steph. (2).

(1) Ad quam vid. notata.
(2) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 2.

Caussam tuam aliis probationibus instituere debes:] *Instruere*, Rob. Steph. (1). Κατασκευάσαι, Basil. Schol. *Tom.* VII. *p.* 816. et sic Fabrot. Ita tamen et *instituere* *L.* 2. §. *pen. ad L. Jul. de adulter.* (2) ubi vero mihi *instruere* praeplacet.

Cum possessor hereditatis, qui petitori satisdedit, interim domini loco habeatur.] Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* I. 11. §. 1. *not.* 2.

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Ad quam vid. notata. add. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *instituere*, *num. ult.*

L. XVI.

Repeti posse quaestionem, etc.] Vid. *L.* 18. §. 1. *h. t.* Carpzov. *Practic. Crimin. Part.* III. *Quaest.* 125. *num.* 28. *seqq.* (1).

(1) Add. Voet *ad h. t. Pand.* §. 7. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 148. *seq.*

§. 1.

Is, qui de se confessus est, in caput aliorum non torquebitur,] In tormentis scil. In aliis contra, arg. *L.* 1. *in fin. h. t.* Tertullian. *Apologet. Cap.* 2. et sic Gloss. *h.* (1). Nec talibus ultro dicentibus creditur. *L. ult. Cod. de accusation.*

(1) Vid. omnino Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 12. §. 7. *not.* 12. et *in Diss. ad L.* 1. §. *ult. h. t.* §. 15. Varias aliorum hac de re sententias recenset Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 9.

L. XVII.

Extrario quoque accusante, etc.] Vid. Papinianum, *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 11. (1).

Maximus Princeps] *Severus.* Vid. *L.* 8. *pr. de vac. et excus. muner. L.* 73. §. 1. *de Legat.* 2do. Cujac. *Obs.* II. 33. Otton. *in Papinian. Cap.* 12. §. 8. *p.* 417.

(1) Et Cujac. *Obs.* XX. 14.

§. 1.

Sed et in quaestione stupri servi adversus dominum non *torquentur.*] *Non* non est in Basilic. *Tom.* VII. *p.* 803. Male. add. Amm. Marcellin. *Lib.* XXVIII. *p.* 519.

§. 2.

Sed pro successione *domini defuncti quaeritur.*] Id est, *de successione.* add. *L.* 18. §. 4. *h. t.*

§. 3.

De servo in metallum damnato etc.] Aliud in casu *Legis* 1. §. 12. *h. t.* (1).

(1) Ad quam vid. notata.

L. XVIII.

Ut ab eo primum incipiatur, qui timidior est,] Vid. *L.* 1. §. 2. *h. t.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 14. §. 2. *not.* 10.

§. 1.

Reus evidentioribus argumentis oppressus, etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 16. *Cap.* 4. §. 12. *seqq.* (1).

(1)

(1) Add. Voet. *ad h. t. Pand. num.* 7. — §§. 1. 2. 3. subjiciuntur *Sententiis Pauli*, *loc. modo cit.* ubi vid. Interpp.

§. 2.

Tormenta non facile *adhibenda sunt*:] Τὸ *facile* abest a Basilic. (1).

(1) *Non facile*, id est, *plane non*. Vid. Schulting. *ad Paul. loc. modo cit. not.* 13.

§. 3.

Testes torquendi non sunt, etc.] Exceptio *Nov.* 90. *Cap.* 1. §. 1. (1). Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 817. ubi incogitanter ἀναιρεῖ redditur *confirmat*. Male autem casum ponunt *in laesa majestate*: id enim ordinarium, *L.* 10. §. 1. *h. t.* hic vero quod dicitur, non item. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 804. οὐκ ἀεὶ, *non semper*. Non recte.

(1) Ubi in versione Latina male mentionem fieri *verberum* et suppliciorum, cum verbum Graecum notet *tormenta*, observat Schulting. *ad Paul. Sent. loc. modo cit. not.* 16.

§. 4.

Judex (1), *cum de fide generis instrui non potest*, etc.] Vid. *L.* 17. §. 2. *h. t.*

(1) Qualis? Vid Paul. *Sent.* V. 16. §. 2. ibiq. Interpp.

§. 5.

Servo, *qui ultro aliquid de domino confitetur*, etc.] Vid. *L.* 1. §. 5. *h. t.*

§. 6.

In memoriam prioris dominii interrogari non potest.] Contra apud Tacit. *Annal.* II. 30.

§. 9.

Cogniturum de criminibus Praesidem oportet ante diem

palam facere, etc.] Πρὸ μιᾶς ἡμέρας, Basilic. *Tom.* VII. *p.* 804. (1).

(1) Add. Leunclav. *Notator.* II. 114. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1528. et Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 16. §. *ult. not.* 57. *seqq.*

§. 10.

Custodiae non solum pro tribunali, etc.] Ineptit Gloss. *h.*

L. XIX.

Is, cui fideicommissa libertas debetur, etc.] Facit huc *L.* 5. *Cod. h. t.* Male Schol. Basilic. *Tom.* VII. *p.* 819.

L. XX.

Apud Procuratorem *desideraverat*,] Caesaris.

Et testimonium non oportere unius hominis admitti:] D. Goth. *in not.* „ Excepto crimine *laesae majestatis.*" Male.

Nec solere a quaestionibus incipi, etc.] Add. *L.* 1. *pr. h. t. L.* 8. §. 1. *Cod. eod.*

Pronunciavit, quaestione *illicite* habita, etc.] *Quaestionem — habitam*, Schol. Basilic.

Unius testimonio non esse credendum.] Vid. Quinctil. *Declam.* 579. Multa inepta in Gloss. *h.* (1).

(1) Vid. ad hanc Legem Cujac. *ad L.* 3. *Cod. de reb. credit. Oper. Postum. Tom.* V. *p.* 198.

L. XXI.

Quaestionis habendae caussa neminem esse damnandum,] Facit huc *L.* 8. §. 3. *tit. seq.* (1). Non servatum interdum. Amm. Marcellin. *Lib.* XV. *p.* 67. (2).

(1) De hoc loco Cujac. *in Praef. ad Lib.* LX. *Basilic.* et Curtius, Εἰκαστῶν, V. 5. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 285.

(2) Add. Pothier. *Tit. de poen. num.* 40.

T I-

TITULUS XIX.

DE POENIS.

Vid. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 20. Mitissimae olim Romanis placuere. Liv. I. 28. De variis earum speciebus Sigon. *de Judic.* II. 5. Broïd. *ad Pollet. Histor. For. Rom.* V. 19. *p.* 796. Ex antiquitate late de iis egit P. Fab. *Semestr.* II. 5. *seqq.* (1).

(1) Add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de publ. Judic.* §. 5. *seqq.* et quos plures ad eum locum laudavit Haubold. *in Epicrisi sua.*

L. I.

Sed eam, quam sustineret, si eo tempore esset sententiam passus, cum deliquisset.] Add. *L.* 21. *de injur. L.* 138. §. 1. *de reg. jur.* (1). Idem circa locum delicti. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 4. *num.* 24.

(1) Obstat *L.* 5. *si ex noxal. causs. agat.* ad quam vid. notata.

§. 3.

In Legibus publicorum judiciorum, vel privatorum criminum,] An igitur de his *Leges?*

Qui extra ordinem cognoscunt etc.] Vid. *L.* 15. *h. t.*

Ut eis, qui poenam pecuniariam etc.] Add. *L.* 21. *Cod. Theod. de haeretic.* (1). Exceptio apud Mev. *ad Jus Lubec.* I. 2. *art.* 2. *num.* 48. *seqq.*

(1) Et Cujac. *ad Libb. Paul. Quaestion. in expl. L.* 15. *de in jus voc.*

L. II.

Idem Lib. XLVIII. *ad Edictum.*] Agens de *fisco, caducis, ereptitiis* (1).

(1) Add. Iof. Fernand. de Retes, *Excurf. Analector. Lib.* III. *Iliat.* 3. in Thef. Otton. *Tom.* V. *p.* 1244. *feq.*

§. 1.

Postquam deportatio in locum aquae et ignis interdictionis *fuccesfit*,] Non tamen haec ftatim ex ufu abiit. Plin. *Epistol.* IV. 11. Tacit. *Annal.* VI. 30. (1). Quaedam de ea Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 7. *num.* 4. [in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 1185. *feq.*] *Aquae et ignis interdictio* et fub Romulo ufitata, Dion. Halicarn. *Lib.* II. *p.* 115. et fub Servio Tullio, Idem, *Lib.* IV. *p.* 217.

Non prius amittere quem civitatem, etc.] Vid. *L.* 15. §. 1. *de interd. et releg.* add. Pachymeres, *ad ultimam Dionyfii epistolam*, citatus a Grotio, *in Flor. Sparf. ad Tit. Inft. de capit. dem.*

Quam Princeps deportatum *in infulam ftatuerit.*] *Deportandum eum*, Rob. Steph. (2).

Statimque post fententiam Praefecti etc.] Vid. *L.* 10. §. 1. *h. t.*

(1) Vid. omnino Schulting. *ad Caj. Inft.* I. 6. §. 1. *not.* 8. add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inft. de cap. dem.* §. 10. *et* 11. et ad eum locum laudatos ab Haubold. *in Epicrifi fua.*

(2) Etiam Rehd. Vulg. *deportandum.* Vid. Brencm. et Geb. *h.* Sed, non opus. Vid. van Vryhoff. *Obs. Cap.* 25. qui *deportatum* pro *deportandum* accipit. Graecos videri haec paulo aliter legisfe et intellexisfe, obfervat Nic. Catharin. *Obs. et Conject.* II. 20. in Thef. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 780. add. van Vryhoff. *loc. modo cit.*

§. 2.

Eum acciplemus damnatum, qui non provocabit (1):] Vid. *L.* 6. §. 1. *de his qui not. infam.*

Eadem causfa *erit.*] *Eadem in causfa*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 15. *num.* 4.

Dam-

Damnatus enim ille est, ubi damnatio tenuit.] Vid. L. 4. §. 6. *de re judic.*

(1) D. Goth. *in not.* „*Provocavit*, Vulg. Hal." Etiam Rehd. Vid. Geb. *h.*

L. III.

Praegnantis mulieris consumendae (1) *damnatae poena differtur*, etc.] Vid. Quinctil. *Declam.* 277. add. Mornac. *ad L.* 18. *de stat. homin.* Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 21. Langl. *Semestr.* XI. 2. (2).

Ego quidem, et ne quaestio de ea habeatur, etc.] Vid. Carpzov. *Pract. crimin. Part.* III. *Quaest.* 118. *num.* 51.

(1) Sic etiam loquitur Ulpianus, *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* XI. §. 7. ubi vid. Schulting. *not.* 23.
(2) Et notata superius ad *d. L.* 18. *de stat. homin.* add. Noodt. *Obs.* I. 2.

L. IV.

Relegati, sive in insulam deportati, etc.] Vid. Plin. *Epistol.* X. 65. Non ita, si sit tantum vetitum habitare. Mev. *ad Jus Lubec.* I. 1. *Art.* 6. *num.* 26. *seqq.*

Et hoc jure utimur, ut relegatus interdictis locis non (1) *excedat.*] Vid. *L.* 28. §. 13. *h. t.*

In perpetuum relegato insulae relegationis, in insulam relegato deportationis,] Leoninus, *Emend.* V. 9. legit: *in perpetuum relegato insulae deportationis*, reliquis expunctis (2). Male.

In insulam deportato poena capitis adrogatur.] *Irrogatur*, Rob. Steph. (3).

Et nemo potest commeatum remeatumve dare exuli,] Vid. Goris. *ad Consuet. Velavic. p.* 42.

Nisi Imperator, ex aliqua causa.] Verba: *ex aliqua causa*, suspecta sunt Leonino, *Emendat.* VI. 7. *num.* 9. (4).

(1)

(1) Quosdam perperam expungere negationem, notat Pothier. *h.* 4. *num.* 72. et Jauch. *de Negation.* *p.* 198. Brencman. *h.* pro *interdictis* legit: *indictis*, id est, adſignatis. Sic etiam Nic. Catharin. *Obs.* II. 21. in Theſ. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 781. Alii aliter. Vid. van de Water, *Obs.* III. 7. Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 9. H. Kellinghuſen. *Diſſ. de Legib. nonnullis Roman. Cap.* 9. in Nov. Theſ. Diſſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 51. Lyclam. *Membran.* I. 23.

(2) Pari modo Leunclav. *Notator.* II. 115. in Theſ. Jur. Otton. *Tom.* III. *p.* 1528. Sed diſſentiunt quoque van de Water, et H. Cannegiet. *locc. modo citt.* De varia hujus loci lectione vid. Brencm. et Geb. *h.*

(3) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

(4) Aliter H. Cannegiet. *loc. cit. p.* 60. qui verba *ex aliqua cauſſa* refert ad τὸ *nemo*, probante Walchio, *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 2. §. 76. *p.* 86. *ſeq.*

L. V.

Abſentem in criminibus damnari non debere, etc.] Vid. ad *L.* 1. *de requir. vel abſ. damn.*

Julio Frontoni] An, qui memoratur apud Gruter. *Inſcription. p.* 573. (1).

Sed nec de ſuſpicionibus *debere aliquem damnari*, etc.] Quae diverſae ſunt ab argumentis. Liv. XXXVIII. 51. Arnob. *Adv. Gent. Lib.* II. *p.* 78. Noodt. *ad Tit. Pand. de probation.* Vs. *Tertia praeſumtionis* etc. (2). add. Mornac. *ad L.* 9. *Cod. de his quae vi metusve cauſſ.* Theodorit. *Histor. Eccleſiast.* II. 27. Chryſoſt. *in Geneſ. Cap.* 18. *vs.* 20. 21.

Satius enim eſſe, impunitum relinqui facinus nocentis, etc.] Vid. Paul. *Sent.* IV. 12. §. 5. Antiph. apud Stob. *p.* 308. Ariſtotel. *Problem. Sect.* 29. *num.* 13. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 23. *num.* 5. (3). Demosthen. *de Falſ. Legation. p.* 304. occulta vult Diis relinqui, deprehenſa nobis esſe punienda. add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 17. *Cap.* 2. *num.* 2. Inde Scip. Gentil. *ad Apulej.*

lef. Apolog. not. 7. [*Oper. Tom.* VI. *p.* 4.] censet, Judicem, videntem reum injuste oppressum iri, in antecessum posse eum absolvere.

Adversus contumaces vero, qui neque denunciationibus, neque edictis Praesidum obtemperassent, etiam absentes pronuntiari oportet secundum morem privatorum judiciorum (4).] Si id spectat examen, factum μονομερῶς, difficultas erit minor: at si in eo haec paria sint, quod et lis debeat esse contestata, erit contrarium, quod et in capitalibus (5) contra absentes jam reos factos, sententia feratur. *L.* 33. §. 2. *de procurator. L.* 3. *Cod. de accusation.* Vid. et Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 26. *Thes.* 3. *Lit. g. p.* 733. *seqq.* (6).

Verum si quid gravius irrogandum fuisset, puta in metallo, etc.] Vid. Paul. *Sent.* V. 5. §. 9. Aliud apud Amm. Marcellin. XXII. 3, ubi est crimen *laesae majestatis*, vel *quasi*, in quo regula cessat. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 13. *num.* 4. *et* 6. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1144.] ubi et de jure Attico.

(1) Add. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 39. et Bach. *in Trajan. p.* 176. *seq.*
(2) Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 22.
(3) Et *Lib.* II. *Cap.* 5. §. 18.
(4) Adeoque *lite contestata.*
(5) Leges citatae id non probant: nam quod ibi dicitur: *et in capitalibus judiciis defensionem dari*, explicandum est ex *L.* 13. §. 1. *de publ. judic.* ut admittatur defensor ad excusandam absentiam: vel ex *L.* 5. *pr. de requir. vel abs. damn.* ut admittatur defensor, ne bona requirendi annotati in fiscum cogantur. Conf. Lyclam. *Membran.* II. 11. Ipse quoque Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 5. §. 9. *not.* 40. ait: *jus nostrum absentium damnationem improbat. saltem in capitalibus*, add. Idem, *in Enarr. Tit. Pand. de procurator.* §. 6. Potius igitur videtur dicendum, juris regulam esse, in nullis judiciis publicis absentes inter reos recipi et damnari posse. Sed hanc regulam exceptionem

nem pati in *caussis non capitalibus*, id est, in quibus poena est *relegatio*, vel relegatione minor, si lis cum reo praesente contestata est, secundum *hanc Legem*. Non autem hanc exceptionem admissam esse in *caussis capitalibus*, et valere adeo in iis regulam, absentes non posse damnari. add. Paul. *Sent.* V. 5. §. 9. Exceptio tamen est in casu *L.* 4. §. *ult. ad L. Corn. de sicar.* An etiam exceptio sit in casu *L.* 21. *Cod. h. t.* dubitari posset, quoniam poena ibi non additur.

(6) Add. Bach. *in Trajan. p.* 176. *seqq.* ubi de hac Lege, et Dan. Deutz. *Diss. ad L.* 33. §. 2. *de procurator. Cap.* 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 323. *seqq.*

§. 1.

In accusatorem autem absentem etc.] Vid. Cujac. *Obs.* XX. 11. *in fin.*

§. 2.

Poenam aut justam eligere *debet*,] An, *elicere?* Sic Burgius, *Elector. Cap.* 15. [in Thes. Jur. Otton. *Tom.* I. *p.* 536.] (1).

Aut temperamentum admittere.] Vid. Ulpian. *in Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 11. In hoc non probandi Athenienses, apud Aelian. *Var. Histor.* V. 17.

(1) Sed vid. Bynkersh. *Obs.* II. 5. quem probat Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 54. et van de Water, *Obs.* I. 16. *p.* 87. *seq.* Praecedit in Lege: *an casu.* Id est, *an culpa*, secundum Burgium, *Elector. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 518. Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 55. *casum* intelligit, quod non fit *dolo.* Matth. *de Criminib. in Proleg. Cap.* 1. §. 2. in fin. *cui culpa praecessit.*

L. VI.

Si quis forte, ne supplicio adficiatur, etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Jurisdict.* III. 5. [*Oper. Tom.* III. *p.* 250.] et Leonin. *Emend.* I. 9. *num.* 5.

Nonnulli neque semper, neque nonnunquam *remittunt*,]

D.

D. Goth. *in not.* „*Neque nunquam*, Vulg." Etiam Rob. Steph. (1) et Basilic. Schol. *Tom.* VII. *p.* 850. ubi male versum.

Ceterum, ut *mea fert opinio*, *prorsus eos non debuisse*, *posteaquam semel damnati sunt*, *audiri*, etc.] Quod tamen posset prodesse. Broïd. *ad Pollet. Histor. For. Rom.* V. 18. *p.* 786. (2). Τὸ *ut*, in verbis: *ceterum ut*, abest apud Rob. Steph.

Quis enim dubitat, *eludendae poenae caussa ad haec eos decurrere?*] Hinc dicunt, probationis procrastinationem eam facere suspectam. Cyriac. *Controv.* 62. *num.* 28.

(1) Hal. quoque habere: *neque nunquam*, et ita legendum videri, notat Brencm. *h.* add. Jauch. *de Negation. p.* 62.
(2) Add. locum Plutarchi, citatum a Noodtio, *Obs.* I. 2.

§. 1.

Si quos Comitum, *vel Legati sui* etc.] *Comitum suorum*, Rob. Steph. Basil. Schol. *Tom.* VII. *p.* 850. Scip. Gentil. *de Jurisdict.* II. 10. [*Oper. Tom.* III. *p.* 157.] (1).

(1) Add. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 6. §. 8. *p.* 49. et Heinecc. *Antiq. Rom. in Append. Lib.* I. *Cap.* 4. §. 109. *in not.* Sed, ut vox *suorum* addatur, non necesse putat van Vryhoff. *Obs. Cap.* 26. ubi de hoc §. add. de *Comitibus* Averan. *Interpr. Jur.* III. 1. *num.* 3. *seqq.*

§. 2.

Nunc genera poenarum nobis enumeranda sunt, etc.] Enumerat et Senec. *de Ira*, I. 16. Isidorus, *Origin.* V. 26. ex Cicerone habet octo species (1).

Quibus Praesides *adficere quemque possint.*] In genere (2).

(1) Vid. et Augustin. *de Civit. Dei*, XXI. 11.
(2) Add. Os. Aurel. *Dispunction. Cap.* 2. in Thes. Otton.

Tom. III. *p.* 698. et Herm. Oosterdyk. *Diss. ad Fragm. Venulej. Saturn. ex Libb. ejus de offic. Proconf. Cap.* 2. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 486.

L. VII.

Veluti fustium admonitio,] De hac, et virgarum poena, Salmas. *ad Lamprid. in Alexandr. Sever. Cap.* 51. Senec. *Epist.* 47. *verberibus muta admonentur.* add. Eund. *de Ira*, I. 15. et *de Clement.* I. 14. *L.* 52. *Cod. Theod. de haeretic.*

Flagellorum castigatio,] Quorum diversae in nonnullis locis species. Philo, *in Flacc. p.* 755. *seq.*

Vinculorum *verberatio.*] *Lororum*, vel *nervorum*, Nic. Catharin. *Obs.* I. 38. [in Thes. Jur. Otton. *Tom.* I. *p.* 494.] male. *Virgarum*, Scip. Gentil. *de Jurisdict.* III. 9. [*Oper. Tom.* III. *p.* 256.] Grotius, *in Flor. Sparf. p.* 276. distinguit: *vinculorum*, *verberatio*, et ad illud *vinculorum* subaudit *poena*, ex antecedentibus (1). *Verberatio* expungit Leonin. *Emend.* IV. 18. Late de hac Lege Bynkershoek. *Obs.* I. 21. sed fluctuat valde (2).

(1) *Vincula*, *verberatio*, Voet. *ad h. t. Pand. num.* 2.
(2) Et cujus explicationi non acquiescere videtur Burman. *ad Sueton. in Caligul. Cap.* 27. Gronovius, *Obs.* IV. 15. *p.* 675. legit: *vinculorum castigatio*, *flagellorum verberatio.* Ceterum de variis his poenarum speciebus vid. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 9. ubi plures etiam alii laudantur a Trekell.

L. VIII.

§. 1.

Ut gladio in eum animadvertatur.] Quod et in Christianos primum tantum constitutum. Tertullian. *ad Scapul. Cap.* 4. *in fin.* Scip. Gentil. *de Jurisdict.* III. 2. [*Oper. Tom.* III. *p.* 240.] simpliciter legit: *ut animadvertatur*, re-

reliqua a mala manu, et superflua putans. Sic tamen et Passio Cypriani (1). Verum sic admonitio sequens inepta esset. Otto, *in Papinian. Cap.* 16. §. 8. *p.* 642. *seq.* — Haec poena interdum pro beneficio impetrata a Tyrannis. Lactant. *de Mortib. persecut. Cap.* 22. Claudian. *in Rufin. Lib.* I. Rabbini turpem poenam putant. Selden. *de Jur. Nat. et Gent.* VII. 6.

Non securi,] Cujus meminit Senec. *Epistol.* 43. Id ad victimas pertinet, *securi ferire*. Casaubon. *ad Sueton. in August. Cap.* 15. (2).

Vel laqueo,] Genus mortis turpe. G. Forner. *Selection.* III. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 94.]

Vel quo alio modo.] Venis v. c. incisis. Cicer. *in Pison. Cap* 34. quod genus multi sub Tyrannis elegere.

Proinde nec liberam mortis facultatem concedendi jus Praesides habent:] Add. Quinctil. *Declam.* XI. 8. Vid. Cabot. *Disputation.* II. 5. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 624.] (3).

Divi tamen Fratres rescripserunt contra, (4) etc.] Sed hoc forte non servatum.

(1) Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 21. §. *ult. not.* 44. et Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *animadvertere*, *num.* 2. Merillium, *Var. ex Cujac.* I. 2. sub fin. haec ita intelligere, ut si Praeses aliquem noxium poena gladii affici jussit, non possit dein mutare sententiam, puta ut noxio vita laqueo, vel veneno etc. adimatur: sed perperam, et sensum esse, damnandum capitis reum, ut in eum animadvertatur gladio, non ita, ut securi, telo, fuste, etc. vita privetur, recte mônuit Voorda, *in not. MSS.*

(2) Add. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* II. 10 *p.* 152. *seqq.*

(3) Sequitur: *multo* magis *vel veneno necandi.* Hal. *multo minus.* Vulg. *multo magis nec veneno.* Male. Vid. Jauch. *de Negation. p.* 86. et Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 2. *p.* 15.

(4) *Contra* non est in Flor., sed inserit Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Hostes autem, item transfugae, etc.] *Hostes autem transfugae*, Cujac. *Obs.* IV. 9. aut, *hostes autem, id est, transfugae*, *Obs.* VI. 26. et XV. 34. quod non probo. *Hostes autem iterum transfugae*, Conſtantin. *Subtil. Enodat.* II. 26. [in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 604.] quod non probo (1). *Hostes*, id est, proditores. Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de re militar.* [*Tom.* II. *p.* 265.] et Bynkersh. *Obs.* V. 22. (2).

Ea poena adficiuntur, ut vivi exurantur.] Antea de Saxo dejecti. Senec. *de Ira*, I. 16.

(1) Duirſema, *Conject.* II. *ult.* §. 5. *idem*, id est, *iidem*, *transfugae.*

(2) Etiam Rucker. *in not. MSS.* nihil mutandum dicit: et probat Bynkershoekium Voorda, *in not. MSS.* add. Sichterman. *Diss. de Poen. militar. Rom. Cap.* 8. in Theſ. Diſſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 269. *ſeq.* et Pothier. *Tit. ad L. Jul. majest. num.* 13. — Ad verba ſeq. §. 4. *metalla autem multa numero ſunt*, vid. Pith. et Schulting. *ad Collat. LL. Moſ. et Rom. Tit.* 15. §. 3. *not.* 50. et de *Fabio Cilone*, cujus mentio fit in ſeq. §. 5., vid. Otton. *in Praefat. Tom.* I. *Theſ. Jur. p.* 58.

§. 6.

Inter eos autem, qui in metallum, etc.] Tertullianus, *de Cultu femin.* I. 5. de auro et argento: *Terra plane glorioſior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis poenali opere deplorata nomen terrae in igni reliquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de ſuppliciis in delicias, de ignominiis in honores, metalli refuga mutatur.* add. Clem. Alexandr. *Paedag.* II. 12.

Gravioribus vinculis premuntur:] Non enim operis, ſed poenae cauſſa hoc fit. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 7. *num.* 13. [in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 1189.]

Quod-

Quodque refugae ex opere metalli etc.] Sic et Tertullian. *loc. modo cit.* (1).

(1) Ad seq. §. 7. vid. Cujac. *Obs.* VI. 36. Pro *quod et, cum superesset, fugit*, legendum: *quod ei superesset, cum fugit*, notavit van de Water. Pari modo Geb. *h.*

§. 8.

Si vero ad tempus damnantur, retinent civitatem.] Vid. Paul. *Sent.* III. 4. *a.* §. 9. Al. *retinent libertatem* (1), etiam Basilic. et Cujac. *Obs.* XV. 22. (2) et Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 31. *Thes.* 6. *Lit. d. p.* 1195.

(1) Vulg. *amittunt civitatem.*
(2) Aut, ex tribus lectionibus unam facit: *retinent libertatem, amittunt civitatem*, non improbabili conjectura, ut ait Schulting. *ad d. loc. Paul. not.* 31. add. Jo. van Nispen, *Diss. ad Libb. Modestin. Differ. Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 22. *seq.* atque ita legendum censet quoque Brencm. *h.* qui vitium errori Librarii adscribit.

§. 9.

Nam hujusmodi poenae interdictae sunt:] Vid. *L.* 35. *h. t.* (1).

Carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet (2).] Aliter Cicer. *Catilin.* II. 12.

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 24. et auctores *ibid.* laud.
(2) Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18 *Cap.* 1. *num.* 13. — Ad seq. §. 10. vid. Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 158. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1251. et Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1432.

§. 11.

In ludum venatorium (1)] *Aut gladiatorium* addidit JCtus, delevit Tribonianus. P. Fab. *Semestr.* II. 11. *p.* 260.

Hoc enim distat a ceteris, etc.] D. Goth. *in not.* „ *Hoc enim tantum distant*, Vulg." Etiam Rob. Steph.

Quod (2) *instituuntur venatores*.] Quod in aliis non fit.

Aut pyrricharii,] De his Valef. *ad Amm. Marcellin.* XVI. 15. *p.* 116. (3).

(1) Rationem hujus locutionis reddit Brauchu, *Obs.* I. 5. *p.* 40.

(2) *Qui instituuntur*, Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 17. §. 3. *not.* 4. a qua tamen emendatione recesfit, *Obs.* XIII. 10. Vid. D. Goth. *in not.* et Schulting. *ad d. loc. Paul.*

(3) Et Schulting. *loc. modo laud.* add. D'Ajala, *de Aleatorib.* in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 955. *feq.* et Heinecc. ad Briffon. *de Verb. Signif.* in voc. Aliter Cujac. *Obs* XIII. 10. quem fequitur Pothier. *h. t. num.* 12.

§. 12.

Item in ludum venatorium *dari folere*,] Olim et *gladiatorium*. P. Fab. *Semestr.* II. 5.

Nec ad eum pertinebunt, cujus fuerint, antequam damnarentur.] Sed ad fiscum. *L.* 24. §. 5. *de fideic. libertat.* (1).

Qua *femel domini esfe* etc.] D. Goth. *in not.* „ *Quia femel*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (2).

(1) Add. J. J. Enfchedè, *Disf. de Tito Aristone JCto*, *p.* 208. *feq.*

(2) Et Rehd. et fic quoque Flor. factum. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 13.

Ejus remanet, cujus fuit, antequam damnaretur.] Vid. *L.* 1. *Cod. qui non posf. ad libert. perven.*

L. IX.

Moris est, Advocationibus quoque Praefides interdicere,] Vid. Juret. *ad Symmach. Epistol.* V. 41. et IX. 28. (1).

Non-

Nonnunquam ad tempus, vel annis *metiuntur*,] *Veluti annis*, Leonin. *Emendat.* VI. 8. *num.* 9. (2) ubi et alia habet.

(1) Locum hunc citat quoque Grotius, *in Flor. Sparſ. p.* 277.

(2) *Vel* pro *veluti* accipit Trotz. *ad Hugon. de Prim. ſcrib. origin. p.* 510. Alii aliter. *Vel annis metiundum*, Voorda, *Interpr. et Emend.* II. 9. *p.* 155. Secundum van de Water, *Obs.* II. 4. *p.* 150. verba *vel annis* abundant. Nihil mutat Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 10. §. 10. ſed putat, post verba *ad tempus* novam inchoari orationem. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exſt. in Collat. LL. Moſ. et Rom. p.* 343. et *Obs. Jur. Rom.* I. 18. *p.* 121. vocem *tempus* geminat, legens: *nonnunquam ad tempus: tempus vel annis metiuntur*, etc. quod et conjecerat J. G. C. Rucker. *Diſſ. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. ſerv. am.* in Theſ Diſſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 289. *in not.* Sed improbat Puttman. *Probab.* II. 5. *p.* 40. *ſeq.* qui ſequitur Wielingium, uti et Pothier. *h. t. num.* 36.

§. 3.

Ne quidem apud Praeſidem etc.] Id est, *Proconſulem.*

§. 4.

Vel Tabellionibus ſive Pragmaticis.] Ergo iidem hic cum *Tabellionibus*. Aliter *L.* 1. §. 11. *de extrord. cognition.* deſcribuntur, ſed ſine nomine hoc, et Ulpianus eos ibi ita appellare noluit. Τὸ *vel* delet Salmaſ. *ad Jus Attic. Cap.* 50. *p.* 819. *ſeqq.* et haec connectit cum ſequentibus (1). Idem putat, verbum *Tabellionibus* esſe a Triboniano, qui hoc deformavit.

(1) Add. Bynkersh. *Obs.* VI. 3. et Pothier. *h. t. num.* 37. — *Testationes*, in ſeq. §. 6. ſunt ſcripturae testibus munitae. Vid. notata ſuperius ad *L.* 9. §. 3. *ad L. Cornel. de falſ.*

§. 6.

Archio forte,] Vid. D. Goth. *in not.* add. *Nov.* 15. *Cap.* 5. et Raevard. *Conjectan.* I. 3. (1).

(1) Vid. et Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 6. §. 1. *not.* 8. et Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 291. *seq.* — Ad seq. §. 8. vid. Ant. Augustin. *Emend.* IV. 16. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1555. — Poenas *inciviles*, in seq. §. 10., D. Goth. *in not.* interpretatur *tyrannicas.* Ita Cujac. *Obs.* XIV. 54.

§. 11.

Neque omnes eadem poena adfici posse.] Non servatum a Maximino. Capitolin. *in ej. Vita*, *Cap.* 8.

Nam in primis Decuriones in metallum damnari non possunt, etc.] Vid. *L.* 6. §. 10. *de inj. rupt. irr. fact. testam.* (1).

Nec furcae subjici,] Ulpianus videtur scripsisse: *nec cruci suffigi* (2). Vid. ad *L.* 28. *h. t.* et sic bene Lips. *de Cruce*, III. 7. frustra renitente Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 31. *Thes.* 6. *Lit. b. p.* 1190. (3).

Vel vivi exuri:] Vid. *L.* 28. *h. t.*

Sed hoc non potest efficere, qui sententiam dixit: etc.] Vid. *L.* 1. *in fin. de quaestion.*

Poena aut permutatur aut liberaretur.] D. Goth. *in not.* „Al. *liberetur.* (4)." *Liberentur*, Rob. Steph. (5).

(1) Add. Joh. Franc. van der Meersch, *Diss. de Justo προσωποληψίας in poenis infligendis moderamine*, *Cap.* 1. §. 10 *seqq.* Lugd. Batav. 1798
(2) Sic etiam Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 7. *p.* 155. add. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 17. §. 3. *not.* 4. et Walch, *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 110. *p.* 181.
(3) Vid. et Wybon. *in Tribon. defens. p.* 593.
(4) Ita Hal.
(5) Et Vulg. Vid. Brencm. *l.*

§. 14

§. 14.

Et magis puto, omnibus prodesse debere.] Facit huc *L.* 5. *de Senatorib.*

§. 15.

Quasi plebejo editus, ita erit plectendus.] Vid. *L.* 11. *Cod. de quaestion.*

§. 16.

Statuliberum quasi liberum eum jam puniendum, etc.] *Esse*, Raevard. *Varior.* II. 11. (1). — Ex rescriptis (2): quod et habet Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 547. *seq.*] sed non ubique recte.

(1) Duirsema, *Conject.* I. 4. pro *eum* legit: *reum.* Leonin. *Emend.* VII. 13. *num.* 5. *τὸ eum* expungit. *Quasi jam liberum*, Waechtler. *Opusc. p.* 577. Vulgatam Lectionem defendit Arntzen. *ad Aurel. Victor. de Vir. Illustr. Cap.* 27. *not.* 1. aut legit: *tum jam.*

(2) Aliud ex juris ratione. Ita hanc Legem, ut et *L.* 14. *de quaestion.*, cum *L.* 29. *pr. de stat. liber.* conciliat quoque Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de stat. homin.* §. 6. add. Wissenbach. *in Disp. ad Instit. Disp.* 5. *num.* 5. Raevard. et Duirsema, *locc. citt.* Sed Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 2. §. 2. *p.* 22. distinguit inter servum, qui deliquit, antequam statuliber factus sit, et inter servum, qui deliquit, postquam statuliber esse coeperit. Facit huc *L.* 1. *pr. et* §. 1. *h. t.* Alii aliter. Vid. laudatos superius ad *d. L.* 29. *pr. de stat. liber.* — *Divum Pium* hic intelligendum esse *Antoninum Caracallam*, notat Raevard. *loc. laud.* add. Wissenbach *in Disp. ad Tit. Pand. de statulibet.* §. 18. et Pothier. *h. t. num.* 62.

L. X.

Ex his servus flagellis caedi, et domino reddi jubetur:] Vid. *L.* 6. *de accusation.* Paul. *Sent.* V. 4. *in fin.* Capitolin. *in Pertinac. Cap.* 10. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 229. *seq.* (1).

(1) Add. Heinecc. *in Antiq. ad Titt. Inst. de Ingen. et Libertin.* §. 11. *in not.* et Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. p.* 257. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Aemil. Macr. de Publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 115. *seqq.*

§. 1.

Nam statim, ut de his sententia dicta est, conditionem suam permutant.] Facit huc *L.* 2. §. 1. *h. t.*

§. 2.

Ut qui majori poena adficitur, etc.] Non *pecuniaria* (1).

(1) Add. Gluck. *ad Tit. de his qui not. infam.* §. 377. *p.* 151. *seqq.* et notata superius ad *L.* 15. §. 7. *eod.*

L. XI.

Perspiciendum est judicanti, etc.] Extra ordinem scil. Vid. *L.* 13. *h. t.* Aliud *L.* 1. §. 4. *ad SCtum Turpil.*

Ne quid aut durius aut remissius constituatur, etc.] Vid. Symmach. *Epistol.* X. 40. *et ult. Nov.* 82. ubi Cujac. *in fin.* Quinctil. *Declam.* 517. 345. Jac. Gothofred. *ad L.* 65. *Cod. Theod. de haeretic.* [*Tom.* VI. *p.* 209.] Philo, *de Judice*, *p.* 555. 557. Mornac. *ad L.* 19. §. 1. *de offic. Praesid.* Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 6. *num.* 118.

Nec enim aut severitatis, aut clementiae *gloria affectanda est:*] Qua saepe Respublica maxime laeditur. Cicer. *Catilin.* IV. 6. Senec. *de Clement.* I. 2. Amm. Marcellin. XXVIII. 1. *p.* 516. (1).

Sed perpenso judicio, etc.] Facit huc Juven. *Satyr.* VI. *vs.* 220. Amm. Marcellin. XXIX. 2. *p.* 562. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 58. Capitolin. *in Marc. Anton. Philos. Cap.* 24.

Pla-

Plane in levioribus causis etc.] Facit huc *L.* 56. §. 1. *de furt.*

In gravioribus poenis etc.] Vid. Gell. *Noct. Attic.* XIV. 4. ubi elegans justitiae imago e Chrysippo.

(1) Add. Puttman. *Adversar. Jur. univ.* I. 4. *p.* 75.

§. 1.

Furta domestica, si viliora *sunt*, etc] *Gravia*, non item: et haec vindicantur hodie acrius. Matth. *de Criminib.* XLVII. 1. *Cap.* 3. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 58. Et ad *levia* quoque videtur restringenda *L.* 89. *de furt.* quod non vult Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 30. *Thes.* 2. *Lit. c. p.* 1070. Vid. tamen Eund. *ibid. Thes.* 3. *Lit. d. p.* 1089. ubi vult patrono jus coërcitionis in hos fuisse, vel domino. Nota quoque, *d. L.* 89. *de furt.* explicari posse de *civili* actione, non de persecutione criminali.

§. 2.

Delinquitur autem aut proposito, etc.] Ἀδίκημα, ἁμάρτημα, ἀτύχημα, distinguit Themist. *Orat.* I. *p.* 15. ubi exempla similia. add. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 11. *num.* 4. Philo, *de Special. Legib. p.* 610. Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 4. *num.* 8. *seqq.*

Proposito delinquunt latrones, qui factionem *habent.*] Sic et Apulej. *Metam. Lib.* III. [*p.* 188. ed. Oudendorp.] Σύστασις, Appian. *Civil.* V. *p.* 1178.

Impetu autem, etc.] Hic tamen gravissime punitur *L.* 7. §. 3. *ad L. Jul. repetund.* et principium hic in agente. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. *num.* 5. Multi tamen mitius puniunt. Goris, *ad Consuet. Velavic. Cap.* 3. *Art.* 3. ibiq. citt. Facit huc Cicer. *in Topic. Cap.* 17.

Cum per ebrietatem etc.] Vid. Fabrot. *Exercit.* VIII. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1203. *seqq.*] Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 2. *num.* 14.

Casu (1) *vero*, etc.] *Involuntate et necessitate*, Tertullian. *Apolog.* *Cap.* 45. add. Paul. *Sent.* V. 23. §. 3.

Cum in venando telum etc.] Vid. Cicer. *in Topic.* *Cap.* 17. Cur. Fortunatian. *p.* 48. Inde *si telum manu fugit*, quod habet et Alcuin. *de Art. Rhetor.* *p.* 377. add. Forner. *Selection.* I. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 17. *seq.*] Alius casus apud Senec. *de Benefic.* IV. 34.

(1) Matthaeus, *de Criminib. in Prolegom.* *Cap.* 1. §. 2. in fin. *casum* intelligit, cui culpa caussam dedit. — In seq. §. 3. verba: *vel animadverti*, Haloandrum sine necessitate delere, notat Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 7. *p.* 215.

L. XII.

Quod ad statum damnatorum pertinet, nihil interest, judicium publicum fuerit, nec ne:] Sed *extraordinarium*.

Confestim poenae servi fiunt.] Eique soli vivunt. (1).

(1) De *servitute poenae* vid. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de cap. deminut.* §. 5. add. Adr. Wagner. *Diss. de servitute poenae.* Lips. 1747. cit. ab Haubold. *in Epicrisi ad d. loc. Heinecc.*

L. XIII.

Hodie licet etc.] Vid. *L.* 1. *in fin. h. t.* *L.* 15. §. 1. *ad SCtum Turpil.*

Qui extra ordinem *de crimine cognoscit*,] Non *ex certa Lege* quaerit: quales et sub Imperatoribus mansere. *L.* 3. *pr. de accusation.* Dixi hac de re *Diss. de Recusation. Judic.* *Cap.* 7. *num.* 3. (1).

Quam vult sententiam ferre, etc.] Non praecise sequi *poenam legitimam*, ut qui *ex Lege* quaerunt, quae saepe ob circumstantias aequo gravior, vel levior est. Themist. *Orat.* I. *p.* 14. *seq.* — Etiam *capitalem poenam* infligere. *L.* 7. §. *ult. ad L. Jul. repetund.* *L.* 6. *ad L. Jul. pecul.* Matth. *de Criminib. in Prolegom.* *Cap.* 4. *num.* 10. *seq.*

Ita

Ita tamen, ut in utroque modo rationem (2) *non excedat.*] Vid. *L.* 11. *pr. h. t.* et *L.* 14. §. 4. *de bon. libertor.* ubi hic peccatur. add. Bachov. *Adv. Fabr. Dec.* 97. *error.* 8. *num.* 10. non tamen ad sensum hujus Legis bene.

(1) Add. Gluck. *ad Tit. de Jurisdict.* §. 186. *seqq. p.* 31. *seq.* et notata superius ad *L.* 8. *de publ. judic.*
(2) Brencm. *h.* legit: *in utroque moderationem.*

L. XV.

Divus Hadrianus eos, qui in numero Decurionum essent, capite puniri prohibuit: etc.] Add. *L.* 6. §. 2. *de interd. et releg.*

Verum poena Legis Corneliae puniendos, etc.] Vid. *L.* 5. §. 5. *ad L. Corn. de sicar.* An servatum sit tempore Modestini, videndum, ob *L.* 16. *ad L. Corn. de sicar.* ubi vide (1). Quaedam de hac Lege Menard. *in Argum. Orat. Ciceron. pro Rosc. Amerin.* sed non tam vera, quam elegantia.

(1) Add. Herm. Oosterdyk. *ad Fragm. Venul. Saturnin. ex Libb. ej. de offic. Proconf. Cap.* 2. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 482. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. XVI.

Aut consilia, etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Conjuration. Lib.* I. [*Oper. Tom.* V. *p.* 22. *seqq.*] et *Parerg.* I. 31. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1504.] Liv. XLV. 24. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de rapt. vel matrim. Sanctimonial.* [*Tom.* III. *p.* 220.] Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. *num.* 7. *seqq.* (1).

(1) Add. Bynkersh. *Obs.* III. 10. De *Claudio Saturnino*, hujus Legis auctore, vid. laudatos superius ad *L.* 6. §. 7. *mandat.* add. Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 139. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1251. *seq.*

§. 1.

§. 1.

Sed haec quatuor genera consideranda sunt septem modis: etc.] Vid. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 4. *num.* 2. Non enim Nostri peccata aequalia faciunt cum Stoicis, de quibus Cyprian. *Epistol.* 55.

Caussa, persona, etc.] Facit huc Senec. *de Benefic.* II. 16. add. Rittershus. *Sacr. Lection.* VII. 4.

§. 2.

Caussa, ut in verberibus: quae impunita sunt a magistro allata, etc.] Locus elegans Polyb. II. 56. Quinctil. *Inst. Orator.* V. 10. [*p.* 405. *seqq.* ed. Burm.] (1). *Allata.* D. Goth. *in not.* „*Illata*, Hal. (2)." Etiam Rob. Steph.

Cum quis per iram etc.] D. Goth. *in not.* „*Per injuriam*, Hotoman. etc." Non opus.

(1) Add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 24. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1298.
(2) Imo, Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 3.

Persona dupliciter spectatur: etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 4. *num.* 20.

Aliter qui quid in dominum parentemve *ausus est,*] *Parentem patronumve,* Ramos. *in Tribonian. p.* 194.

In magistrum vel in privatum.] *In magistratum quam in privatum,* Rob. Steph. et sic emendat fere D. Goth. *in not.* et Ramos, *d. loc.* Sensus tale quid exigit, et *magistratum* est in MS. Charond. (1). De re Philo, *de Special. Legib.* II. *p.* 621. Rittershus. *Sacr. Lection.* VII. 21.

(1) Et habent omnes editi. Vid. Brencm. *h.*

§. 4.

§. 4.

Locus facit, ut idem vel furtum vel sacrilegium sit, etc.] Sed vid. *L.* 5. *ad L. Jul. pecul.* (1). Bynkersh. *Obs.* I. 8. accipit de *re sacra* e loco sacro aut profano ablata. Sed sic vis erit non in *loco*, sed *scientia.* Quaestio occurrit apud Alcuin. *de Art. Rhetor. p.* 361. Ob solum locum crimen capitale fieri posse, negat Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 13. *Def.* 9.

(1) Ad quam vid. notata. Bynkershoekium sequitur Pothier. *h. t. num.* 52. — Aliam versionem Latinam loci Demosthenis, in seq. §. 6., dat Alciat. *Dispunct.* II. 16. Vid. et Jens. *Strictur. ad Pand. in Append. p.* 677.

§. 7.

Qui gregem, *ut abigeus.*] D. Goth. *in not.* „Imo, qui *unum*, abigeus est. etc." *Equum*, vel *bovem*, non *suem*. Facit huc Quinctil. *Inst. Orator.* VII. 4. *in fin.*

§. 8.

Eventus spectetur.] D. Goth. *in not.* „Al. *spectatur.*" Sic Rob. Steph. (1).

Ut a clementissimo *quoquo facta.*] Sic et Cujac. *Obs.* XIX. 10. quem vide. D. Goth. *in not.* „*Dementissimo*, Vulg. Hal. (2)." Etiam Rob. Steph. Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 277. *ut aestimentur animo quoquo facta.* quod nimis a Vulg. abit, nec rei satisfacit. Herald. *Obs. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1313.] *eventus spectantur a clementissimo quoque*, et delet τὸ *facta.* Salmas. *ad Jus Attic. Cap.* 12. *p.* 345. pro *facta* legit *factum.* Aliter Reinold. *Varior. Cap.* 9. (3).

Quamquam Lex *non minus* etc.] Quae dolum exigit et animum. *L.* 7. *L.* 14. *ad L. Cornel. de sicar.* Sed hic ex *Lege* non consideratur res. *L.* 11. *L.* 13. *h. t.* De re

Byn-

facturus est, jam facit. D. Goth. *in not.* „ Humanis Legibus fcil. etc." add. Ciceron. *de Offic.* III. 17. ubi vid. Comm. De re et Rittershuf. *Sacr. Lection.* VII. 12. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. *num.* 5.

(1) Add. Schulting *in Enarr. Tit. Pand. quod quisque juris etc.* §. 5. Noodt. *ad eund. Tit.* Vs. *Porro ait,* etc. Pith. *ad Collat. LL. Mof. et Rom. Tit.* 1. §. 7. *not.* 30. Henr. Brencman. *Disp. de Leg. infcription.* §. 7. in Jurispr. reftit. Wieling. *Part. poster. p.* 153. Latius tamen haec regula patet. Bynkersh. *loc. laud.* Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 19. *p.* 89. Gluck. *ad Tit. de juft. et jur.* §. 6. *p.* 65.

(2) Add. Rad. Forner. *Rer. quotid.* III. 17. in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 213. Conft. Land. *Exercitation.* in *eod. Thef. Tom.* III. *p.* 1433. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 51. in *eod. Thef. Tom.* IV. *p.* 1304.

L. XIX.

Idem Lib. LVII. *ad Edictum.*] Ubi de *injuriis* egit.

Si non defendantur fervi a dominis, etc.] Quibus hoc denunciandum. Cicer. *in Verr.* V. 4. *et* 5.

L. XX.

Paulus Lib. XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 49. *de oblig. et action.*

Receptum est commentitio jure,] Quo fingitur quis aliquem non repraefentare hoc cafu. Similia alia in jure commenta. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inft. quib. mod. toll. oblig.* (1). Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *de reg. jur.* Vs. *Et cum narrationi* etc.

Quod poena conftituitur in emendationem hominum:] Non folum. Sand. *Decifion.* V. 9. *Def.* 1. accurate Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 20. *num.* 4. *feqq.*

In quem conftitui videtur,] *Jubetur*, Bynkersh. *Obs.* V. 16. (2).

(1) Et *in Prael. ad Tit. Cod. ex delict. defunctor.* in Thef. Jur.

Jur. Meerman. *Tom.* I. *p.* 714. Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 28. §. 12. *not.* 57. Varias aliorum de hoc jure sententias recenset Bynkersh. *loc. laud.* add. Duirsema, *Conject.* I. 7. *num.* 5. *p.* 122. Waechtler. *Opusc. p.* 581. *seq.* Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *commentitium.* Herm. Cannegieter. *Obs.* III. 8. *p.* 282. legit: *communi toto jure*, vel *communi antiquo jure.* Sed vid. Puttman. *Probabil. Jur. Civ.* II. 1.

(2) Probante Voorda, *in not. MSS.* Sed nulla emendatione opus, censet Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 28. §. 12. *p.* 134.

L. XXII.

Si modo vel cognatos, vel adfines habeant,] D. Goth. *in not.* „*Deprecantes* scil. etc. vel *a quibus alantur.* etc." Hoc malo. (1).

(1) Utrumque conjungit Pothier. *h. t. num.* 68. Explicuit hanc Legem Jo. van Nispen. *ad Libb. Modestin. Different. Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelricus. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 20. *seqq.*

L. XXIII.

Sine praefinito tempore in metallum dato, etc.] Sed tamen ad tempus. Gloss. *h.*

Decennii tempora praefinita videntur.] Add. Cujac. *Obs.* VI. 25. (1). Langlaeus, *Semestr.* X. 5. *p.* 668. tempus longum putat requiri, ut damnati sint publice utiles: quod non placet. Quid de *relegatis*, Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 47. *Def.* 5.

(1) Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 17. et Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 347. etiam Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 12. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 574. *seq.*

L. XXIV.

Eorum, qui relegati *vel deportati sunt ex caussa majestatis*,] Facit huc *L.* 40. *h. t.* Tacit. *Annal.* XIV. 49.

60. Nerius, *Analect.* II. 27. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 462.]

Statuas detrahendas scire debemus.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 17. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* III. *p.* 542.] Imo retinere eas, nefas. Ambros. *de Offic.* I. 49. Saepe ludibrio habitae. Sueton. *in Neron. Cap.* 24. Juvenal. *Satyr.* X. *vs.* 59. *seqq.* Vid. Rad. Forner. *Rer. quotid.* II. 17. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 177.] add. Dion. Chrysost. *Rhodiac. p.* 318. 319. Dion. Cass. *Lib.* LI. *p.* 456. *Lib.* LX. *p.* 679. *Excerpt. Peiresc. p.* 584. Euseb. *Histor. Ecclesiast.* IX. 11. Contra et restitutae statuae male damnatis. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 13. *num.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1142. *seq.*] ubi notat, nihil haec pertinere ad morem alibi receptum poenae in imagines repraesentandae. (1).

(1) Male nonnullos hac Lege uti ad probandum, executionem *in effigie* jam apud Romanos in usu fuisse, docet quoque Puttman. *Adversar. Jur. univ.* II. 25. *p.* 185. *seq.*

L. XXV.

Si diutino tempore aliquis in reatu *fuerit*, etc.] Vid. Langl. *Semestr.* XII. 1. Casaubon. *ad Sueton. in Domitian. Cap.* 9. (1). D. Goth. *in not.* „ *Reatus*, et *in reatu* fuisse, quid est? ne dicas, in crimine, citra accusationem, cum Accursio: dic cum Zoannetto, etc." *Restitution. Cap. ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 664.] add. Ferand. Adduens. *Explication.* I. 50. [in *eod. Thes. Tom.* II. *p.* 557.] (2). Quid tamen, si quis diu dein recte vixerit? Plinius, *Epistol.* X. 40. ait: *reddere poenae post longum tempus plerosque jam senes et frugaliter modesteque viventes, nimis severum arbitrabar.* Sed vid. Sand. *Decision.* V. 9. *Def.* 1. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 5. *num.* 14.

Ali-

Aliquatenus poena ejus sublevanda erit:] Vid. *L.* 23. *Cod. h. t.* (3).

(1) Add. Ranchin. *Var. Lection.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 915. et Calder. *Var. Lection.* III. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 628. *seq.*

(2) Et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 25.

(3) Sequitur: *quam eos, qui in recenti* etc. Al. *quo eos, qui* etc. Utrumque rectum, secundum Leonin. *Emend.* VII. 21. *in fin.* — Ad seq. §. 1. vid. H. J. Arntzen. *Spec. Observ. post Sedulii Carmen paschale, Cap.* 1. add. Constt. Land. *Enarrat. Cap.* 22. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1546.

L. XXVI.

Crimen, vel poena paterna nullam maculam filio infligere potest.] Vid. *L.* 2. *Cod. de libert. et eor. liber.* Senec. *de Ira*, II. 34.

Nec alieni criminis successor constituitur:] Hoc jus fuit veteris reipublicae praeclarum. Dionys. Halicarn. VIII. *p.* 547. ubi docet, id Graecos aliter aliquando servasse. — Congruum juri Divino. *Deuteron.* XXIV. 16. Joseph. Ἀρχ. IV. *ult.* Philo, *de Special. Legib.* II. *p.* 618. 619. Probavit Plato, *de Legib.* VIII. *p.* 925. Sulla aliter egit. Liv. *Epitom. Lib.* LXXXIX. Alii temperant. Goris. *ad Consuet. Velav. Cap.* 2. *Art.* 5. Sed vid. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 21. *num.* 10. *seqq.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 4. *num.* 1. *seq.*

Idque Divi Fratres Hierapolitanis *rescripserunt.*] Apud quos forte jus durius viguerat, ut in *Asia* et *Macedonia.* Merill. *Obs.* IV. 3. (1).

(1) Et *ad Lib.* I. *Quaestion Callistrati*, in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 622. *seq.* ubi errore hanc Legem exposuit loco *L.* 35. *eod.*

L. XXVII.

Suam mutare sententiam neminem posse:] Vid. *L.* 1. §. *ult. de quaestion.* (1).

Si tamen de se quis mentitus fuerit, etc.] Vid. *d. L.* 1. *in fin. de quaestion.* (2).

(1) Add. Schulting. *Diss. ad d. L.* 1. §. *ult. num.* 21.
(2) Add. Schulting. *d. loc. num.* 22.

§. 1.

Utiles actiones necessariae non erunt,] Ut *L.* 14. §. 5. *tit. praec.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 4. vid. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de ingenuis.*

TITULUS XXIV.

DE CADAVERIBUS PUNITORUM.

Vid. Goes. *Pilat. Judic. Animad. p.* 52. Vinn. *de Jurisdiction. Cap.* 1. *num.* 8. — De poena ea spoliariorum Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 34. *Def.* 5. *seqq.* — D. Goth. *in not.* „Cadavera punitorum medicis petentibus ad anatomiam dari posse, etc.“ De hoc Freher. *Parerg.* I. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 896. *seq.*]

L. I.

Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt:] Vendebat hoc Verres. Cicer. *in Verr.* I. 5.

D. Augustus Libro X. *de vita sua*] D. Goth. *in not.* „Augustus Libros *decem* de vita sua composuit, etc.“ Imo, *Libros tredecim.* Vid. Suid. voc. Αὔγουστος καῖσας. (1).

Quam si fuerit petitum et permissum.] A Principe: de quo dubitat Matth. *de Criminib.* XLVIII. 17. *Cap.* 6. *num.* 12. (2).

Et nonnunquam non permittitur maxime majestatis caussa damnatorum,] Idem in latronibus apud Petron. *Satyric. Cap.* 111.

Eorum quoque corpora, qui exurendi damnantur, etc.] Christianos respici, putat Freher. *Parerg.* II. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 919. *seq.*] sed, unde hoc patet?

Ut ossa et cineres (5) *collecta etc.*] Vid. Tertullian. *de Anima, Cap.* 33.

(1) Et Sueton. *in August. Cap.* 85. ubi vid. Interpp. Hos Libros colligere, conatus est Jan. Rutgers. *Var. Lection.* II. 11.

(2)

(2) Add. Wisſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 30.
(3) Vid. Bynkersh. *Obs.* II. 18. et Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* I. *p.* 125. *seq.*

L. II.

Vel relegatus fuerit,] Facit huc Ovid. *Trist.* III. 3. Idem viguisſe olim in interdictis aqua et igne, videtur innuere Cicer. *pro Milon. in fin.* et *pro Cluent. Cap. ult.* (1).

(1) Vid. ad *h. l.* de Retes, *ad L.* 4. *de interd. et relegat.* in Theſ. Otton. *Tom.* V. *p.* 1219. *seq.* qui pro *transferre aliubi*, et *ſepelire*, legendum putat: *transferre et aliubi ſepelire*, ſed ſine necesſitate, ut notavit van de Water, quia haec ſunt jungenda, neque intellectu dividenda. De voce *aliubi* pro *alibi* vid Heinecc. ad Briſſon. voc *aliubi*. — Ad ſeq. *L.* 3. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 21. §. *ult. not.* 44. add. Pithoei *Excerpt.* in Theſ. Meerman. *Tom.* I. *p.* 354. et Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 7. *p.* 215. *seq.*

LIBER QUADRAGESIMUS NONUS.

TITULUS PRIMUS.

DE APPELLATIONIBUS ET RELATIONIBUS.

De appellationibus,] Vid. Jac. Gothofred. *ad h. t. Cod. Theod.* [*Tom.* IV. *p.* 230. *seqq.*] — *Commune auxilium*, *L.* 3. §. 1. *rem rat. hab.* *Appellationum adminicula*, *L.* 16. *Cod. h. t.* (1).

Et relationibus.] Quaedam de iis Valef. ad Euagr. *Histor. Ecclesiast.* I. 7. (2). Abusus earum in quibusdam magistratibus municipalibus, apud Plutarch. *in Praecept. Politic. p.* 814.

(1) *Appellationum* usus in caussis Civilibus invaluit demum sub Imperatoribus. Torrent. *ad Sueton. in August. Cap.* 35. add. H. G. Tydeman. *Diss. de Reb. judic. non rescind. p.* 45. *not. k.* — De revocatione in duplum contra rem judicatam ex sententia Bynkershoekii vid. Idem Tydeman. *d. Diss. in Annot. uberiorib. p.* 162. *seq.* — Singulas hujus Tituli Leges exposuit Cujac. *Oper. Vol.* V. *in Append. p.* 506. *seqq.*

(2) Vid. de his Jac. Gothofred. *in Paratitl. ad Tit. Cod. Theod. de relation. Tom.* III. *p.* 224. *seq.* Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. si pendent. appellation.* §. 38. Schulting. *Diss. pro Rescript. Impp.* §. 3.

L. I.

Appellandi usus quam sit frequens, quamque necessarius, etc.] Vid. Rittershuf. *ad Novell. Part.* X. *in Prooem.*

§. 1.

Quaesitum est, an adversus rescriptum Principis provocari possit, etc.] Vid. Mev. *Decision. Part.* I. *Dec.* 244. et

et Dissertationem nostram *Pro rescript. Impp.* §. 17. (1).

Ad communitatem *Thracum*,] Rectius: *commune.*

'Αντεπεσταλκότων (2).] D. Goth. *in not.* „ Al. ἀντεπεσταλκότων." Etiam Charond. Locus non videtur integer: sensus clarus.

(1) Ibiq. cit. Jac. Gothofred. *ad L.* 6. *Cod. Theod. h. t. Tom.* IV. *p.* 259. add. Merill. *Obs.* II. 7. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4.

(2) Quum ita in exemplari legeretur, emendatum supra ἀντεπεσταλκότων, ait Taurell. *in Annotat.* Sed in Pand. Flor. revera fuisse ἀντεσταλκότων, notat Brencm. *h.* cui videtur Librarius terminationem inconsideranter cum proxime antecedente concordasse, confusa insuper syllaba τε, quae excidit, cum affine πε. 'Αντεπεσταλκότων etiam Hal. Vid. Geb. *h.* et sic quoque edidit Alciat. *Dispunct.* IV. 16. cujus est subjecta versio Latina. Aliam versionem dedit Jens. *Strict. ad Pand. in Append. p.* 678.

§. 3.

Ad Junium Rusticum] Meminit Spon. *Miscellan. p.* 303. 4. (1).

Provocare,] Lege: *provocares* (2).

Si quis ergo vel parem, etc.] Quod olim frequens. Cicer. *de Legib.* III. 3. Liv. III. 36. Ranchin. *Var. Lection.* I. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 917. *seq.*] Bus. *Subtil.* I. 14. Cicero, *in Verr.* I. 46. docet, tales *intercessisse.* Vid. *ibid.* Hotoman. (3).

(1) Add. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 36.
(2) Ut Flor. Vitium typographicum est.
(3) Add. Schulting. *ad Val. Maxim.* VII. 7. *p.* 578.

L. III. (1).

(1) Fugitivam hanc Legem dicit Cujac. *in not. ad* §. 10. *Inst. de grad. cognat.*

§. 2.

Et quorundam nomina in libellos (1) *sint comprehensa,*] An, *libello.*

(1) Flor. *in libellis.*

§. 3.

An liceat ei discedere ab hac, et aliam caussam allegare?] Non idem ab initio in actione movenda. Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* III. *Cap.* 3. *num.* 30.

Quibuscunque modis potuerit.] Etsi eadem iterum velit proferre, quae antea. Fab. *Cod.* III. 1. *Def.* 20. ubi et alia, et *h. t. Def.* 15.

L. IV.

Ab executore *sententiae* (1) *appellare non licet.*] Huic enim *judicium* non datur, sed *negotium*, ut ait alia in re Cicer. *Epistol. ad Famil.* XIII. 7. add. *Cap. pastoralis.* 28. *vs. quia. x. de offic. et pot. Jud. deleg.*

(1) Graecos legisse videri: *ab executoris sententia*, notat Leunclav. *Notat.* II. 119. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1529. Perperam.

§. 2.

Nec procurator suo nomine appellet.] *Appellat*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. V.

§. 1.

Si quaerantur *per collusionem pronunciatum*,] Lege: *querantur* (1).

(1) Ut Flor. Vitium typographicum est.

§. 4.

Si quis ipso die etc.] Est §. 5.

L. VI.

L. VI.

Non tantum ei, qui ad supplicium ducitur, etc.] Vid. Amm. Marcellin. XXVIII. 1. *p.* 519. Reduci hoc jus, optat Broïd. *ad Pollet. Histor. For. Rom. p.* 776.

Verum alii quoque nomine ejus,] Vid. *L.* 2. §. *ult. quand. appelland.*

Quid ergo, si resistat, qui damnatus est, etc.] Vid. ad *L.* 69. *de reg. Jur.* add. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 17. *Cap.* 5. *num.* 2.

L. VII.

Cum quidam per violentiam Judicis etc.] Add. *L.* 2. *Cod. de his qui per met. Judic. non app.* (1).

(1) Et Jac. Gothofred. *ad L.* 30. *Cod. Theod. de appellation.*

L. VIII.

Eum, qui provocavit, non debere conviciari (1) *ei, a quo appellat:*] Ut nec in aliis casibus. Gail. *Obs.* I. 59. Goris, *Adversar. p.* 330. *seqq.* Facit huc Selden. *de Jur. Nat. et Gent.* II. 13.

Ceterum oportebit eum plecti:] Basilic. *τύπτεσθαι* (2).

Et ita Divi Fratres rescripserunt.] *Rescripto* opus fuisse, cum appellans non amplius subsit Judici, putat Scip. Gentil. *ad Apolog. Apulej. not.* 49. [*Oper. Tom.* VI. *p.* 17.]

(1) Vid. Grot. *in Flor. Sparsion. p.* 282.
(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 35. §. 3. *not.* 15. et *de Recusation. Judic. Cap.* 12. *in fin. Verberibus caedi*, Leunclav. *Notator.* II. 120. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1529.

L. X.

Si qui separatim fuerint condemnati, etc.] Vid. Mev. *Decision. Part.* II. *Dec.* 43. et *Part.* VIII. *Dec.* 107.

§. 1.

Si quis, cum una actione ageretur, etc.] Ex eadem

 caus-

causſa. Conf. ſimilia apud Sand. *Deciſion.* I. 13. *Def.* 4. *num.* 3.

Quarum ſingulae notionem Principis *non faciunt*,] Baſil. *βασιλέως*, *Tom.* I. *p.* 442. recte (1). Vid. Bynkersh. *Obs.* V. 4. (2).

(1) Hotoman. *Obs.* IV. 18. legit: *Praetoris.*
(2) Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. §. 12. *not.* 30.

§. 2.

Quia non *titulo* etc.] Lege: *uno* (1).

(1) Ut Flor. Vitium Typographicum est.

§. 4.

Alterius victoriam ei proficere, qui non provocavit,] Vid. Paul. *in Sent.* V. 33. §. 4. (1). D. Goth. *in not.* „Imo, non proficit. *L. unic. Cod. ſi in comm. ead. quo cauſ.*" Alia res.

(1) Ubi vid. Schulting. *not.* 20. add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 18.

L. XI.

Cum ex cauſa judicati ſoluta eſſet pecunia etc.] Appellatione non excluſa, re pendente.

Recipere eum pecuniam, quam ſolvit, oportet.] Facit huc *L.* 169. §. 1. *de reg. Jur.* add. P. Fab. *ad L.* 206. *de reg. jur.* (1).

(1) Ad ſeq. *L.* 12. vid. Otton. *de Aedilib. Colon. et Munic. Cap.* 5. §. 2. *p.* 144.

L. XIII.

Appellanti nihil obeſſe, quod etc.] Facit huc *L.* 5. §. 3. *h. t.*

L. XIV.

Idem Lib. XIV. *ad Edictum.*] Agens de *querela inofficioſi.*

Si

Si perlusorio (1) *judicio actum sit* etc.] Sic Basilic. (2).

(1) D. Goth. *in not. prolusorio.* Sic Vulg. MSS. *perlusorio.* Vid. Brencm. *h.* qui legendum conjicit: *per lusorium judicium.* *Prolusorio* D'Ajala, *de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 970.
(2) Add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 408. *not.* 31. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XX. §. 6. *p.* 216. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *perlusorius*, — Ad seq. §. 1. vid. Westenberg. *d. Diss.* XX. *p.* 212. *seqq.*

L. XV.

Servi appellare non possunt, sed domini eorum, etc.] Vid. *L.* 18. *h. t.*

Ipsi servo, qui sententiam tristem (1) *passus est, auxilium sibi implorare, non denegamus.*] Ex aequitate.

(1) Id est, *condemnationem.* Cujac. *Obs.* XXV. 6. Hal. et Vulg. *sententiam passus est, triste auxilium* etc. Vid. Brencm. *h.*

L. XVI.

Quos damnatos statim puniri, publice interest,] Alia ratio *L.* 51. *Cod. Theod. quor. appell. non recip.* [*Tom.* IV. *p.* 528.]

Ut sunt insignes latrones, etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 17. *Cap.* 5. *num.* 5. (1).

(1) Add. Jo. van Nispen. *ad Modestin. Libb. Differ. Cap.* 7. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 64. *seq.*

L. XVII.

Duplex appellatio necessaria est,] Vid. Paul. *Sent.* V. 32. §. 5. ibiq. Cujac. *not.* 21.

Ne alteram agnovisse etc.] Quae non obstante appellatione exsecutioni tradi potest. Fab. *Cod. h. t. Def.* 22.

L. XVIII.

L. XVIII.

Lucius Titius pro servo suo, etc.]. Vid. *L.* 15. *h. t.*

L. XIX.

Si expressim sententia contra juris rigorem (1) *data fuerit*, etc.] Vid. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 4. *num.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1096.]

Et ideo et sine appellatione, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, appellare necesse est. *L.* 26. *L.* 52. *de re judic.*" Non obstant.

(1) Vid. Noodt. *de Usufruct.* II. 11. Vs. *Hoc: si ager* etc.

L. XX.

Qui suspectum tutorem facit, etc.] Add. *L.* 5. *de appellat. recip.*

Et qui de non recipienda tutela excusationem *agitat*,] An, *tutelae excusatione* (1).

(1) Sic etiam Rucker. *in not. MSS.* ope geminationis. — Ad seq. §. 2. vid. Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XXVI. §. 5. *p.* 267.

L. XXI.

Imperatores Antoninus et Verus (1) *rescripserunt*, *appellationes*, *quae* recto *ad Principem factae sunt*, etc.] *Recta*, Rob. Steph. (2). *Directo*, Leonin. *Emend.* VII. 6.

(1) Al. *Severus*, etiam Rehd. Vid. Geb. *h.* eamque lectionem sequitur Cujac. *Obs.* XXI. 33. Non recte. Intelligendi *Divi Fratres*. Vid. Westenb. *in D. Marco*, *Diss.* XIX. §. *ult. p.* 211. add. Alciat. *Dispunct.* I. 15.

(2) *Recto*, Alciat. *d. loc.*

§. 2.

Si vero justa sit appellatio, *et hoc pronuncietur*, *eos aestimaturos*, etc.] Quos? An Praesides? Vid. *L.* 1.

si

si tut. vel car. vel mag. appell. (1). Basil. δικασταὶ, *Tom.* I. *p.* 445.

In locum autem curatoris, *qui annonam administraturus est*, etc.] Ἀγορανόμου, Basil. (2).

(1) *Praesides* intelligit quoque Pothier. *Tit. si tut. vel mag. app. num.* 7.
(2) Add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 385.

§. 3.

Quamvis usitatum non sit, post appellationem fructus etc.] Vid. Fab. *Cod.* I. 10. *Def.* 9. Gail. *Obs.* I. 147. Mev. *Decision. Part.* VII. *Dec.* 160. et *Part.* IX. *Dec.* 88. *seq.*

Cum populitarentur (1) *ab adversario* etc.] Basilic. ὅτι ἄνηβοι δικασάμενοι διασύρονται, ut legerint: *pupilli.* Male (2).

Aequum sibi videri, fructus apud sequestres deponi.] Vid. *L.* 5. *Cod. quor. appell. non recip. Rei immobilis* sequestratio nostro jure est incognita (3).

(1) De varia hujus vocis lectione vid. Geb. *h.* Non rejiciendam eam, putat Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 381. *not.* 2.
(2) Add. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXXII. §. 1.
(3) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 85. §. 2.

L. XXII.

Ab eo circumduci potest,] Basil. *Tom.* I. *p.* 445. δύναται τεμεῖν αὐτήν.

L. XXIII.

Ex consensu litigantium circa *compromissum* etc.] D. Goth. *in not.* „*Citra*, Vulg." Etiam Basil. et Rob. Steph. recte (1).

Judice dato,] *Pedaneo.* Posse autem et ab arbitro compro-

promissario appellari, male hinc colligitur. Jan. a Costa, *in Decretal. Tit. de arbitris*, *p.* 265.

(1) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de rec. qui arbitr.* Vs. *Reliquum est*, etc. et *de Jurisdict. et imper.* I. 15. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 4. §. 1. *p.* 17. *seq.* Pothier. *h. t. num.* 9. Frequens harum vocum commutatio. Jac. Gothofred. *ad L* 53. *Cod. Theod. h. t. not. c.* Τὸ *circa* tamen tuetur Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 510. *seq.*

§. 3.

Secundum ordinis causam *dati* (1),] Forte, *ordinem causae.*

Placuit non recte provocasse: etc.] Vid. Paul. *Sent.* V. 5. §. 6.

(1) Bynk. *dari.* Vid. Geb. *h.*

L. XXIV.

Negotiorum gestor, vel tutor, etc.] Simile *L. ult. de re judic.* (1).

Dandam utilem actionem.] *Judicati.* Etsi de usuris in priore sententia nihil sit dictum. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 20. *Def.* 21. Fab. *Cod. h. t. Def.* 24.

(1) Ad quam vid. notata. — Aliam seq. *Legis* 25. versionem Latinam dat Alciat. *Dispunct.* I. 16. Ad verba: *duobus Gentium*, vid. Bynkersh. *Obs.* V. 21. et ad verba: *aliam viam*, Idem, *ibid. Cap.* 4. Vs. *Sed quidni* etc. — Ad seq. *L.* 26. *et* 27. vid. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 654. *seqq.* et *Tom.* II. *p.* 896. *seqq.*

L. XXVIII.

§. 2.

Substituti tutores in locum legitimi tutoris etc.] Forte, remoti.

Quam *rei aequitas exigebat*,] Id est, *aliter quam.* Rob. Steph. (1). Haec abessent rectius.

Qui

Qui primi sunt experti,] Substituti tutores.

Respondit, eos quorum tutela gesta esset, si vellent caussam exequi, non prohibendos.] Vid. *L.* 2. *an per al. causs. appellation.*

(1) Pothier. *Tit. an per al. causs. app. num.* 3. *id est, condemnavisset minoris, quam* etc.

TITULUS II.

A QUIBUS APPELLARI NON LICET.

L. I.

§. 1.

A Principe appellare fas non *esse*,] *Non* male abest a Flor. (1).

(1) Scil. in edit. Taurell. legitur: *fas nos esse.* Sed esse vitium typographicum, cum Flor. sit: *fas non esse*, notat Brencm. *h.* Minus recte igitur Jauchium, *de Negation. p.* 285. hic carpit Sammet. *Opuscul. p.* 198. *seq.* quemadmodum vicissim Jauchius sine jure reprehendit Taurellium. Additur: *cum ipse sit, qui provocatur.* Vid. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 1.

§. 2.

Sciendum est, appellari a Senatu etc.] Quem Marcus Imp. interdum dedit Judicem. Vid. Capitolin. *in Marc. Anton. Philos. Cap.* 10.

Idque Oratione D. Hadriani effectum.] Vid. Spartian. *in Hadrian. Cap.* 8. ibique Casaubon. Et jam sub Nerone par periculum poenae imminebat appellanti a dato Judice ad Senatum, ac ad Principem. Tacit. *Annal.* XIV. 28.

§. 3.

Si quis ante sententiam professus fuerit, se a Judice non pro-

provocaturum, etc.] Idem volunt in eo, qui dixit, contentum se fore oblatis, et iis, quae adjudicarentur. Fab. *Cod.* III. 1. *Def.* 14.

§. 4.

Interdum Imperator ita solet Judicem dare, ne liceret ab eo provocare,] Vid. Matth. *de Judic.* XII. 23. Non tamen ideo minus dici poterit nulla sententia: nec defensiones aliae tolluntur. Pinel. *ad Rubr. Cod. de resc. vendit. Part.* I. *Cap.* 2. *num.* 22. Imo adhuc appellationi justae, vel probabili, locum esse apud superiorem volunt. Mev. *Decision. Part.* II. *Dec.* 194. Sed appellationem non excludit, quod sententia jubeatur statim exsecutioni dari. Mev. *d. loc. Part.* II. *Dec.* 193.

Ut scio saepissime a D. Marco Judices datos (1).] An et in *criminali caussa?* Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 17. *Cap.* 5. *num.* 12. (2).

Et puto, non *posse*.] Sic Basilic. *Tom.* I. *p.* 447. (3).

(1) Vid. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 4. §. 1. *p.* 15. et Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 28. *et* 183.
(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 9.
(3) Add. Jauch. *de Negation. p.* 5.

L. II.

Quaesitum est, in arbitros (1), *qui ad fidejussores probandos dantur, an appellare liceat* (2)?] Basilic. vertunt, quasi hoc adfirmaretur. D. Goth. *in not.* „Imo, non licet. *L.* 1. *Cod. de arbitr.*" Agit de *arbitris compromissariis.* Non video, hoc valde controversum fuisse ob omissam a Paulo ejus decisionem: de quo simpliciter pronunciat Cajus *L.* 9. *qui satisd. cog.* Aliter Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 3.

(1) D. Goth. *in not.* „*in arbitris*, Hal." Sed Basilic. quo-

quoque habere: *κατὰ τοῦ δοθέντος διαιτητοῦ*, notat Brencm. *h.*

(2) *Liceat? Licet*, legendum esse, censet J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. *p.* 121. putans, vocem hanc ob literarum similitudinem periisse.

TITULUS III.

QUIS A QUO APPELLETUR.

Vid. Bynkersh. *Obs.* VI. 23.

L. I.

§. 1.

Qui provocaretur ab eo, qui mandavit jurisdictionem.] Quem mandatarius repraesentat. Vinn. *de Jurisdiction. Cap.* 10. *num.* 6. (1).

(1) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de jurisd.* §. 10.

L. II.

Appellari a Legatis Proconsul *potest*, etc.] *A Legato Proconsulis*; Vulg. quod probat Leonin. *Emendat.* II. 20. *num.* 15. Perperam (1). Scip. Gentil. *de Jurisdiction.* III. 10. [*Oper. Tom.* III. *p.* 258. *seq.*] non bene. Legatus non est merus mandatarius. Facit huc *L.* 6. §. 1. et *L.* 13. *de offic. Proconf.* (2). Aliter Bynkersh. *Obs.* VI. 23.

(1) Vid. Bynkersh. *loc. laud.* et Brencm. *h.* Additur: *et si multam* dixerit, etc. Saepe Plurali subjici Singularem, exemplis docet Burman. *ad Quinctil. Inst. Orator.* IX. 2. *p.* 790. *seq.*

(2) Add. Schulting. *loc. modo laud.* et notata superius ad *d. L.* 13. *de offic. Proconf.* — Verba: *cujuscunque ordinis*, in seq. *L.* 3., Caes. Costa, *Var. ambig. Jur.* II. 14. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1223.] non refert ad *magistratum dantem*, sed ad *Judicem datum*.

TITULUS IV.

QUANDO APPELLANDUM SIT, ET INTRA QUAE TEMPORA (1).

(1) De temporibus appellationum Brisson. *Select. Antiq.* II. 19.

L. I.

Si quidem *in insulam* etc.] D. Goth. *in not.* „*si quem*, Vulg." Non male.

Et putem tunc esse appellandum, cum recipi eum Praeses jubet, etc.] Vid. *L.* 6. §. 1. *de interd. et releg.*

Sententia probata Imperatori scribendum, etc.] Vid. Ant. Augustin. *Emend.* III. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1527.] Haec verba sensum turbant, et antiquam olent Glossam. Sed (1) sensus esse potest bonus hoc modo: cum recipi eum Praeses jubet, prolata sententia hac forma: Imperatori scribendum, etc. (2).

Non frustra provocaretur,] D. Goth. *in not.* „*Provocetur*, Vulg." Etiam Rob. Steph. (3).

(1) Videntur haec recentiore manu a Schultingio adscripta.
(2) Eodem fere modo Pothier. *Tit. de appellation. num.* 56.
(3) Et Rehd. Vid. Geb. *h.*

§. 1.

Non oportet eum provocare:] Ergo nec licebit. Vinn. *ad* §. 16. *Inst. de excusation.* (1). Dissentit Bachov. *Corollar.* I. *post Disp.* II. *de Actionib.*

(1) Add. Huber. *in Prael. ad Tit. Inst. de excusation.* §. 13. et *ad Tit. Pand. de excusation.* §. 7.

§. 5.

§. 5.

Sane quidem non est sub conditione sententia dicenda, etc.] Interdum id indeclinabile, uti in *L.* 53. *de adm. et per. tutor.* ubi judicat Princeps. De regula: *non valere sententiam a Judice latam sub conditione*, Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 26. *Def.* 9. Excipiunt, nisi conditio in continenti possit impleri, per *L.* 12. §. 2. *de reb. cred.* add. Carpzov. *d. Const.* 26. *Def.* 10. et *Part.* I. *Const.* 28. *Def.* 4. Vid. hac de re Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de re judic. num.* 34. (1).

Et est utile, statim *tempora* etc.] Vid. Mev. *Decision. Part.* V. *Dec.* 224.

(1) Secundum Westenberg. *ad Tit. Pand. de re judic.* §. 22. valet sententia, sed conditio habetur pro non scripta. Cujus doctrinam videtur hic locus satis clare probare: quum enim ab ejusmodi sententia dicatur appellandum, significatur, eam valere: alioquin enim appellatione non esset opus. Et, quum tempus appellandi dicatur statim a lata sententia currere, significatur, vim sententiae non suspendi ab implemento conditionis, eamque adeo pro non scripta haberi. Nec obstat *L.* 37. *pr. de excusation.* Vitium enim pronunciationis in casu *d. Legis* non in eo consistebat, quod conditio esset adjecta: nam quod Praetor adjecerat, ne vera quidem erat conditio, quippe non *in futurum* collatum. Sed vitium pronunciationis hoc erat, quod secundum eam nemini, qui haberet tutorem legitimum, posset testamento tutor dari, quasi tutela legitima potior esset tutela testamentaria, et nulla adeo erat sententia, quod *contra Leges* esset lata. — Ad seq. §. 7. vid. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XLII. *p.* 563. *seqq.* add. Marq. Freher. *Pareng.* II. 22. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 935. quem etiam vid. *ibid.* ad seq. §. 9. add. Perrenon. *Animadv.* II. 11. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 642.

§. 12.

Quare procurator, *nisi* in suam rem *datus est*, etc.] Vid. *L.* 20. §. 1. *de appellation*

§. 13.

Tertio die appellare possit.] Ex facto (1).

(1) Add. Pothier. *Tit. de appellation. num.* 35.

§. 14.

Si quis suspectum tutorem etc.] Vid. *L.* 20. *pr. de appellation.*

L. III.

Si cum Imperatori scriberetur, etc.] Vid. ad *L.* 1. 1. *de appellation.*

TITULUS V.

DE APPELLATIONIBUS RECIPIENDIS, VEL NON.

L. I.

Ulpianus Lib. XVIII. *ad Edictum.*] Lege: *Lib.* XXIX. (1). Agens de *SCto Vellejano.*

Non solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest,] Etsi sint condemnati. Fab. *Cod.* VII. 29. *Def.* 5.

Vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum habetur.] Aliter non. Fab. *Cod.* II. 8. *Def.* 11.

(1) Sic Flor.

§. 1.

Sed et *cum mater filii rem* etc.] *Sed et si*, quidam (1), vel mox lege: *et provocaverit.*

(1) *Sed et si mater, cum filii*, Hal. Vid. Geb. *h. Et provocaverit*, ope geminationis, Rucker. *in not. MSS.* Sequitur: *pietati dans.* D. Goth. *in not.* „*pietati operam dando*, Hal.“ Sed ita habere Vulg. Hal. vero *pietati id dando*, notat Brencm. *h.* Rehd. *pietati dando*: quod veram lectionem putat Geb. *ibid.*

L. II.

L. II.

Si quaestionem in civili negotio habendam *Judex interlocutus sit,*] Non idem ea negata. Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 17. *Cap.* 5. *num.* 13. — *Interlocutio,* vim habens sententiae definitivae, naturam quoque ejus sequitur. Fab. *Cod.* I. 10. *Def.* 10. De alijs interlocutionibus Idem, *ibid. Def.* 12. *et* VII. 15. *Def.* 9. add. *Consil. JCtor. Batav.* I. 180.

L. III.

Intra triduum appellare etc.] Lex fugitiva. Cujac. *ad* §. 11. *Inst. de gradib. cognator.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 4. vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 6. *Cod. Theod. de appellation.*

L. V.

§. 1.

Ille erit adeundus.] Facit huc *L.* 1. §. 10. *tit. praec.*

L. VI.

Sciendum est, cum appellatio non recipitur, etc.] Vid. *L. unic. nihil innov. app. interpos.*

Et caussam, pro qua *non recipit* etc.] Id est, *ob quam.*

L. VII.

Vel ut D. Hadrianus constituit,] Edicto suo. Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* IV. 6. §. 3. *not.* 27. (1).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 16.

§. 1.

Item, si ex perpetuo edicto etc.] Vel ex *Statutis.* Mev. *ad Jus Lubec.* I. 1. *Art.* 2. *num.* 50. *seqq.* ubi exceptiones.

TITULUS VI.

DE LIBELLIS DIMISSORIIS (1), QUI APOSTOLI DICUNTUR.

(1) De his Paul. *in Sent.* V. 34. add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 444. *not.* 4.

L. I.

§. 2.

Sufficit autem, petiisse intra tempus etc.] D. Goth. *in not.* „ id est, quintum diem. Paul. *in Sent.* V. 34. §. 2." ubi vid. Cujac. (1).

(1) Et Schulting. *not.* 2.

TITULUS VII.

NIHIL INNOVARI APPELLATIONE INTERPOSITA.

Humaniora quaedam apud Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad Tit. Cod. de relationib.* (1). — Nonnulla sparsim apud Fab. *Cod.* VII. 26. et multa, *ibid.* I. 10. ubi exceptiones variae. Quaedam etiam apud Sand. *Decision.* I. 15. *Def.* 4. — Nec turbanda possessio, etsi injusta, modo lite antiquior. Mev. *Decision. Part.* II. *Dec.* 188. — Etsi appellatio nondum admissa. Idem, *ibid. Part.* VI. *Dec.* 418. vel tempore ad hoc concesso. *Consil. JCtor. Batav.* III. 53.

(1) Add. Grotium, *in Flor. Sparsion. p.* 283.

L. I.

L. I.

Sive ea necessaria sit, sive non,] Vid. *L. 6. pr. de appell. recip. vel non.*

Medio tempore nihil novari oportet.] Non idem sententia confirmata. Mev. *Decision. Part.* II. *Dec.* 510. — Sed novanti obsistere licet. Mev. *d. loc. Part.* III. *Dec.* 78. (1).

(1) Sequitur in §. 2. *neque in provincia*, qua *relegatus est.* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXII. §. 1. *a qua*, ope geminationis, probante Rucker. *Obs. Cap.* 2. §. 6. *p.* 96. Non tamen opus, putat J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 9. *p.* 115.

§. 3.

Qui sententiae non *acquieverat*,] Glossa notat, etiam aliter posse legi. Ego quoque mallem *non* abesse (1).

(1) *Qui sententiae modo acquievit*, Herm. Cannegiet. *Obs.* I. 17. *p.* 114. et Idem, *ibid.* II. 11. *p.* 185. *qui sententiae mox acquieverat.* Rucker. *Obs. Cap.* 2. §. 6. aliter tantum locum hunc interpungit, legens: *neque ullam aliam injuriam quam patitur, qui sententiae non acquieverat.* quod probat J. L. E. Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 16. *in fin.* Neutrum placet J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 9. *p.* 116. *seq.* qui mavult: *neque ullam aliam injuriam unquam patitur, qui sententiae non acquieverat*, aut, *neque ullam aliam quam injuriam patitur*, etc.

§. 4.

Eadem ratione potest *coetum participare*, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, non potest. *L. 7. in fin. de minor.*" Nihil ad rem.

Neque *pendente appellatione novetur.*] *Ne quid*; Rob. Steph. (1). — Aliud volunt, si id fiat ad securitatem ipsius judicii. Facit huc *L. 21. in fin. de appellation.* Mev. *Decision. Part.* II. *Dec.* 544.

 (1)

(1) Etiam Flor. *ne quid.* Putem, esse vitium typographicum, quod tamen etiam in aliis edit. Goth. exstat.

TITULUS VIII.

QUAE SENTENTIAE SINE APPELLATIONE RESCINDANTUR (1).

Olim *restitutione* in talibus casibus opus fuit. Cicer. *Philipp.* II. 23. Et in damnatis opus fuit *Lege speciali*, quae non semper impetrata, etsi in Judices animadverteretur. Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 10. *num.* 1. *seq.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1129.]

(1) Id est, *nullae sint.* Herald. *loc. cit.* I. 4. §. 3. *p.* 1095.

L. I.

Et hujus quaestionis Judex etc.] *Pedaneus* in actione *judicati.*

Rescinditur,] Prior sententia. Gloss. *h.* P. Fab. *ad L.* 207. *de reg. Jur.* Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 1. *num.* 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1078.] (1).

(1) Add. H. G. Tydeman. *Diss. de Reb. judic. non rescind.* *Cap.* 6. *p.* 51.

§. 1.

Item, si calculi error etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* X. 27. (1).

(1) Sequitur: *centum condemno.* Vulg. hic et mox inserit: *in.* Vid. Brencm. *h.* Malam e Graeco versionem censet Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 511.

§. 2.

Item, cum contra sacras Constitutiones judicatur, etc.] Judices tales etiam deportati. Paul. *in Sent.* V. 25. §. 4. (1).

(1)

(1) Ubi vid. Schulting. *not.* 32.

§. 3.

Nullius momenti esse sententiam Constitutiones demonstrent.] *Demonstrant*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 4.

Si apud eundem Judicem etc.] Competentem utrique olim. Jan. a Costa, *in Decretal. Tit. de mutuis petition. p.* 584.

Quo magis tu prior me condemnatum habeas:] Et prius usurae judicati tibi debeantur. (1).

Priusquam de mea quoque petitione judicetur,] Exceptio apud Fab. *Cod.* III. 1. *Def.* 11.

(1) Add. de hoc §. Pothier. *Tit. de re judic. num.* 6.

L. III.

Inpossibile praeceptum *Judicis* etc.] Sic et *L.* 11. *de exception.* Jac. Gothofred. *ad L.* 28. *Cod. Theod. quor. appell. non recip.* add. Mev. *Decision. Part.* II. *Dec.* 568.

TITULUS IX.

AN PER ALIUM CAUSSAE APPELLATIONUM REDDI POSSUNT.

L. I. (1).

Quam Pollia ad *eum fecit*,] An *ad* pro *contra* (2).

Sed et si ea caussa sit, ex qua sequi solet poena usque ad relegationem etc.] Inclusive. *L.* 11. §. 2. *ad L. Jul. de adulter.* Facit huc *L.* 13. §. 1. *de publ. judic. L.* 26. *Cod. de procurator.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 15.

Cap. 4. *num.* 2. *seqq.* (3). — D. Goth. *in not.* „Imo, ultra: nam per alium caussae reddi possunt pro damnato ad bestias. *L.* 18. *de appellation.*" Sed pro commodo pecuniario ibi tantum agit.

(1) Explicuit hanc Legem Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXI. *p.* 222. *seqq.*
(2) Sic quoque Westenberg. *d. Diss.* §. 6.
(3) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 51. Lyclam. *Membran.* V. 18. Pothier. *h. t. num.* 1. et notata superius ad *L.* 3. *de poenis*, et ad *L.* 33. §. 2. *de procurator.*

TITULUS X.

SI TUTOR, VEL CURATOR, MAGISTRATUS CREATUS APPELLAVERIT.

Vel magistratus, Ind. Pand. Flor. recte (1).

(1) Vid. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. in pr. Vel* praefigunt quoque Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. I.

Si qui ad munera publica nominati etc.] His non *appellationem*, sed *querelam* dat *L.* 12. *Cod. Theod. de appellation.* ubi vid. Jac. Gothofred.

Scient ad periculum suum pertinere, etc.] Vid. Fab. *Cod.* VII. 29. *Def.* 2. *et* 3. (1).

(1) Ad seq. *L.* 2. vid. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 899. *seq.* — *Leges* 1. *et* 2. seq. *Tituli* XI. male e Graeco versas, putat Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 512. Vid. ad *h. t.* Voet. *in Comm.*

TI-

TITULUS XII.

APUD EUM, A QUO APPELLATUR, ALIAM CAUSSAM AGERE COMPELLENDUM.

Interdum caussa ad eum, a quo appellatum erat, remissa. Quinctil. *Inst. Orator.* XI. 2. [p. 978. ed. Burm.]

L. I.

Et hodie hoc jure utimur, etc.] Olim recusatio libera erat. Cicer. *pro Cluent. Cap.* 45. Non ita tempore Ulpiani. *L.* 47. *de judic.* Jure novo tamen iterum libera. *L.* 16. *L. ult. Cod. eod.* (1) ut non sit usus hujus Tituli, nisi quis forte hoc praetextu caussam jam apud hunc Judicem pendentem avocare vult. Vid. *Dissertationem nostram de Recusation. Judic. Cap.* 8. §. 5.

Compelletur alias caussas, si quas habet, agere.] Facit huc Quinctil. *Declam.* 500.

(1) Aliter Cujac. *Obs.* IX. 23. et Voet. *ad Tit. Pand. de judic.* §. 45.

TITULUS XIII.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

L. I.

Veluti cum sine ademtione bonorum relegatus est.] Et appellaverit.

§. 1.

Sed Divi Severus et Antoninus rescripserunt, non cogendum

dum tutorem etc.] Vid. Sand. *Decision.* II. 9. *Def.* 18. Ergo nec heres cogitur, sed curator, vel cum eo minor. Freher. *Parerg.* II. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 934. *seq.*]

TITULUS XIV.

DE JURE FISCI (1).

Durum de eo judicium apud Cyriac. *Controv.* 13. *num.* 54, utinam non alibi nimis verum!

(1) *Fragmentum Veteris JCti de Jure Fisci* adjicitur Gaji *Institutionibus Veronensibus.* — De *Fisci*, *aerarii*, et *rationis Caesaris* differentia Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de excusation.* §. 10. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. *not.* 2. — Singulas hujus Tituli Leges exposuit Cujacius; *Oper. Postum. Vol.* IV. *Part. Poster. p.* 421. *seqq.*

L. I.

Vel quod indignus quis heres nunciatur:] Quem Lex nominatim privat: aliter heredi ab intestato cedere vult Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 21. *Def.* 6. ubi decisio dubia mihi.

Vel magni pretii rem etc.] Facit huc *L.* 5. §. 5. *h. t.*

Vel eum decessisse, etc.] Sua manu.

Vel domum restructam esse,] D. Goth. *in not.* „*destructam*, Hal." Etiam Rob. Steph. et Basil. [*Tom.* VI. *p.* 702.] (1). Sed vid. Bynkersh. *Obs.* VIII. 25. add. Raevard. *Conjectan.* III. 12.

Vel ab accusatione recessum,] Contra *SCtum Turpillianum* (2).

Vel adversus Leges commissum factum esse.] Verba transponit Bynkersh. *Obs.* V. 25. legens: *vel adv. leges*

fac-

factum commissum esse. Cujacius, *ad L. 5. de usurp. et usuc. adversus* explicat *secundum* (3).

(1) Probante, Leunclav. *Notat.* II. 120. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1529.
(2) Sequitur: *vel rem litigiosam venundari.* Triboniano haec adscribit Wissenbach. *Embl. Tribon. Cap.* 7. *p.* 157. Aliter Wybo, *in Tribon. defens. p.* 595. *seq.*
(3) Cum Bynkershoekio Pothier. *h. t. num.* 7.

§. 1.

Sed contra sententiam ejus edictum perpetuum scriptum est, (1) etc.] Vid. *L.* 11. *h. t.* et Contium, *de Hereditatib. et bonor. possession. p.* 343.

(1) Conf. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 4. §. 3. et Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. §. 9. *not.* 45. — Ad seq. §. 2. vid. Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de quinq. praescript. Tom.* I. *p.* 430.

L. II.

Vel quod nomine reipublicae suae quis exsequitur caussas:] *Vel qui reipublicae suae deferunt.*, JCtum scripsisse, atque haec esse a Triboniano, putat Burgius, *Elector. Cap.* 10. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 527.]

§. 1.

Ea *subtracta esse credantur*,] *Et ea*, Rob. Steph. (1). *Quin non in aliam rem nocere debeant.*, quam in eam, qua *desiderata sunt.*] *Quam in qua*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 15. (2).

(1) Etiam Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) De varia hujus loci lectione vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 2.

Non si de capitali *caussa agatur.*] Vel *criminali* tantum, juxta quosdam. Vid. Cyriac. *Controv.* 544. *num.* 33. *seqq.*

§. 4.

§. 4.

Etiam delatores *edicto id comprehendisse.*] D. Goth. *in not.* „*delatoris edicto* (1), Cujac. etc.” Quo is citatus est.

(1) Non opus putat Pothier. *h. t. num.* 12. Praecedit: *nec hoc fraude possessoris factum esse probabitur. Divus Hadrianus rescripsit*, etc. Lege: *probabitur, Divus Hadrianus rescripsit*, etc. Sic Rucker. *in not. MSS.* etiam Schulting. punctum delevit, et Comma substituit.

§. 5.

Qua compelletur *delator edere mandatorem* (1),] *Compelleretur*, Rob. Steph. (2).

Non et delator poenae *subduceretur*,] *Poena*, Flor. (3).

(1) Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 13. §. 2. *not.* 9.
(2) Flor. olim fuit: *compelletur.* Vid. Brencm. *h.* secundum quem rectius forte inde factum fuisset: *compellitur.*
(3) Vulg. *poenae.* Brencm. *h.* — In seq. §. 6. *Severus* intelligendum *Septimium Severum*, docet Toullieu, *in Collectan. p.* 173. eumque etiam intelligit van de Water, *in not. MSS. Alexandrum Severum* Bertrand. *de Jurisperit.* I. 27. *in fin.*

§. 7.

Quod ignarus (1) juris sui *ipse se detulerit.*] In capiendo.

Si ea persona sit, quae ignorare propter rusticitatem, etc.] Facit huc *L.* 25. §. 1. *de probation.*

(1) Flor. *ignotus.* Vid. Brencm. *h.* add. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *ignotus.* De hoc §. Lyclam. *Membran.* I. 17.

L. III.

Quaeri autem solere, quando intelligatur quis in fraudem

dem Legis etc.] Quod difficile probare. Quinctil. *Declam.* 325.

Sed domestica cautione, etc.] Vid. *L.* 48. *pr. h. t.* (1).

(1) Et Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 16. §. 2. *not.* 25. — De seq. §. 2. Faber, *Conject.* XII. 20. qui totum hunc §. Triboniani potius esse, quam Callistrati, putat.

§. 5.

Quo se cavisset, *cujus fides eligitur*,] D. Goth. *in not.* „*cavisset is*, *cujus*, Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

Sed et ex aliis probationibus manifestissimis etc.] Inter personas tamen conjunctas facilius praesumi volunt fraudem. Somerén *de Jur. Novercar. Cap.* 9. *Sect.* 2. *num.* 3.

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 6.

Valde inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores vectigalium publicorum, etc.] Exceptio *L.* 11. *in fin. de Publican.* (1).

(1) Praecedit: *in quo quis pro* publico *conductore* etc. Gronov. *Obs.* IV. 23. *p.* 790. legit: *pro publici conductore.*

§. 9.

Si non interveniente fisci Advocato (1) *decisae sint*, in integrum restituuntur.] Id est, de novo aguntur. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. si ex fals. instrum.* add. *L.* 7. *h. t.*

(1) De quo Brisson. *Select. Antiq.* III. 21.

§. 10.

Si in locis fiscalibus, vel publicis religiosisve (1), *aut* in

in monumentis *thesauri reperti fuerint*, etc.] Publicis, tenuiorum funeribus destinatis: de qualibus Kirchman. *de Funerib.* II. 24. et Perizon. *ad Aelian. Var. Histor.* XII. 21. §us 39. *Inst. de rer. division.* de *sacris* et *religiosis privatis* intelligendus est (2). Facit huc *L.* 9. §. 1. *ad L. Jul. pecul.*

(1) Van de Water, *Obs.* III. 3. legit: *vel publicis religiosis.* Aliter Schroder. *Obs. Jur. Civ.* II. 5. *p.* 127. *seq.* Uterque etiam alios laudavit, qui de hoc loco egerunt. Pro Watero vid. Arntzen. *ad Sedulii Carmen Paschale*, V. *vs.* 228. *p.* 233.

(2) Sic etiam van de Water, *d. loc. p.* 255. ubi etiam alii laudantur. Alii tamen aliter. Vid. Jan. a Costa, et Otton. *ad d.* §. 39. *Inst. de rer. division.* et Walch. *ad Hoppii Comm. ad eund.* §. 39. add. Pothier. *Tit. de adq. rer. domin. num.* 10.

§. 11.

Totum cum altero tanto cogitur solvere.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de thesaur.* [*Tom.* III. *p.* 514.]

L. IV.

Ulpianus Lib. VI. *ad Edictum.*] Pertinet ad Tit. *de his qui not. infam.* (1).

(1) Add. Noodt. *ad d. Tit. Pand. in fin.*

L. V.

Idem Lib. XVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *de offic. Proc. Caesar.* (1). Egit de *reivindicatione.*

Si Procurator *Caesaris* etc.] *Curator*, Flor. (2).

Vel triplum] Delet Noodt. *ad Tit. Pand. de eviction.* Vs. *Sit Paulo fides* etc.

Tamen Fiscus simplum praestabit.] Hodie hoc non habet locum post jus §. *ult. Inst. de usucap.* Balduin. *in Justinian.* I. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1042.] (3).

(1)

(1) Add. Schulting. *in Enarr. d. Tit. Pand.* §. 3.
(2) Add. Bynkersh. *Obs.* II. 20.
(3) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 5.

L. VI.

Idem Lib. LXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 17. 19. 22. 24. *de reb. auct. Jud. possid.*

Pro anterioribus suae successionis temporis *utitur:*] *Temporibus*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Vulg. et Hal. et rectius, ut notat Brencm. *h.* Sed Graecismum esse, ait Pothier. *h. t. num.* 38. Sequitur: *etsi* breviores *debeantur.* Al. *leviores*, ut van Eck. *ad Tit. Pand. de usur.* Non opus. Vid. Fabri *Thes.* voc. *brevis*, *num.* 2. Sequitur: *ex quo convenit certum debitorem* et *confitentem.* Tò *et* delet Cujac. *Obs.* XIX. 2.

§. 1.

Hoc idem et Caesaris ratio, etc.] *Res familiaris*, Tacit. *Annal.* XIII. 1. Cujus procuratio primum sub Severo constituta. Spartian. *in Sever. Cap.* 12. (1).

Habere solet.] Speciatim tamen et hoc interdum cavetur. Vid. §. *ult. Inst. de usucap.* (2).

(1) Vid. tamen *ibid.* Salmas.
(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 6.

L. VII.

Idem Lib. LIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. 3. 5. 7. *de liber. causs.* (1).

(1) Sequitur in *L.* 8. *rescriptum est.* Nempe a Severo et Antonino. Vid. *LL.* a Goth. *citt.* et Cujac. *Obs.* XIX. 1.

L. IX.

Soror testatoris Maeviam veneficii in Lucium Titium *accusavit:*] Cujacius, *Obs.* XXVI. 24. hoc intelligit de *postumo*, aut pro *in Lucium Titium* legit: *in postumum* (1).

Persecutionem eorum, quae scelere adquisita probari possunt, competere posse.] Fisco scil. haec quaerentur.

(1) Notavit hoc etiam Pothier. *Tit. de his quae ut indign. num.* 34. Ad praec. verba: *atque ita omnis hereditas ad matrem postumi devoluta est*, vid. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 4. *num.* 11.

L. X.

Non puto delinquere eum, qui in dubiis quaestionibus contra fiscum *facile responderit.*] *Cujus caussa nunquam mala, nisi sub bono Principe*, Plin. *Panegyric. Cap.* 56. add. *L.* 2. *Cod. Theod. de Advoc. fisc.* [*Tom.* III. *p.* 502.] Cassiod. *Variar.* I. 22. Matth. *de Auctionib.* II. 7. *num.* 89. Goris. *Adversar. p.* 247. (1). — In specie *caducorum*. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de cad. tollend.* Forner. *Selection.* II. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 70.] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. in not. in pr.* [in *eod. Thes. Tom.* III. *p.* 205.]

(1) Vid. de hac Lege Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 7. *seq.* et Averan. *Interpr. Jur.* IV. 17. *num.* 7. *seqq.*

L. XI.

Non possunt ulla bona ad Fiscum pertinere, etc.] Vid. *L.* 1. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Quae sint *servilia verbera*, in seq. *L.* 12., docet Brisson. *Select. Antiq.* III. 9. unde sua hausit D. Goth. *in not.* add. de hac Lege Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 17. §. 1. *not.* 9. et Finestr. *de Adq. vel omitt. hered. Part.* II. *Cap.* 11. §. 25.

L. XIII.

Paulus Lib. VII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 35. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 239.] Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 443. et 446.

An-

Antequam caussa ejus ad aerarium deferatur,] Tanquam rei criminis (1).

(1) Edictum hoc Trajani *de beneficio eorum, qui se ipsi deferrent*, pluribus exposuit Bach. *in Trajano, p.* 42. *seqq.* quem tamen cum Heineccio *Fisci* mentionem, in seqq. Legis verbis, non recte Triboniano tribuere, docet Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 36. *p.* 192. *seqq.*

§. 1.

Quaecunque (1) *professa esset*,] *Quicunque professus esset*, Cujac. *ad h. l.*

Vel palam,] Ab initio scil. bene relicto. Ulpian. *Fragm. Tit.* 17. §. 1. Cujac. *d. loc.* Aliter haberet locum *L.* 3. *de his quae pro non script. hab.*

Et probasset jam *id ad Fiscum pertinere*,] Non ab initio.

Etiam si id non possideret, etc.] Aliud in *fin. Legis.*

(1) Puta, mulier vidua. Pothier. *h. t. num.* 28.

§. 5.

Heredem ejus ultra vulgare praemium *nihil consecuturum.*] *Octavam partem*, ex *L. ult. Cod. de delator.* Cujac. *ad h. l.* [et *Obs.* XIX. 3.]. *Quartam*, Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 56. *in not.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 240.] (1).

(1) Et Brisson. *Sel. Antiq.* III. 17. Vid. et Pothier. *h. t. num.* 4. *et num.* 27.

§. 7.

Quam aliud *deferre videtur.*] D. Goth. *in not.* „*quam alium*, Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 8.

Ergo nec illud, quod servo meo *relictum est*, etc.] Ex cu-

cujus persona id non potest valere. *Vulgare praemium non negatur.* Cujac. *ad h. l.*

§. 10.

Non nocere hoc D. Hadrianus, et D. Pius, et Fratres rescripserunt.] Non indistincte alii. *L.* 2. *in fin. h. t.*

L. XIV.

Gajus Lib. XI. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 236.] et Heinecc. *ad eand. Legem, p.* 409. (1).

Ut nec libertates, etc.] *Quod nec*, Rob. Steph. (2).

(1) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 17. §. 3. *not.* 15.
(2) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. XV.

Junius Mauritianus Lib. III. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 56. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 240.] et Heinecc. *ad eand. Legem, p.* 445. *seq.*

Eaque caussa accusatori perinde cedat, ac si caussam egisset, et prodidisset (1).] Incidit ergo in *SCtum Turpillianum.*

(1) Vox *prodidisset* Flor. omnino adscripta. Τὸ *et* repeti potest ex literis finalibus praec. vocis. Vid. Brencm. *h.* Vulg. *perdidisset.* Praecedit: *si autem* calumniae. Forte legendum: *calumniari*, notavit van de Water. *Calumniae* caussa fecisse, Pothier. *h. t. num.* 11.

L. XVI.

Ulpianus Lib. XVIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 56. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 240.] et Heinecc. *ad eand. Legem, p.* 446.

L. XVII.

L. XVII.

Omnium fiscalium poenarum petitionem creditoribus postponi.] Vid. *L.* 37. *h. t.* (1). Nec in jure nota hypotheca, Fisco in bonis damnatorum data a quibusdam (2).

(1) Add. Cujac. *ad Paul. Sent.* V. 12. §. 10. *not.* 44. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Modestin. de poen.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 141.

(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 15. et Voet. *ad Tit. Pand. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* §. 9.

L. XVIII.

§. 2.

Qui fustibus caesus in opus publicum erat datus.] Vid. *L. ult. Cod. de delator.* (1).

(1) Ad praec. §. 1. vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 9. et Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 1. §. 13 — In seq. §. 5. pro *propter honorem utique* et merita *militiae*, Stewech. *ad Veget. de re militar.* II. 3. *pr.* legit: *propter honorem utique* emeritae *militiae.* Aliter Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 14. *p.* 260. *seq.*

§. 7.

Quivis deferre potest, hoc est, vindicare:] *Indicare*, Cujac. *Obs.* XVIII. 22. (1).

(1) Add. Gul. Forner. *Selection.* III. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 122. — Ad verba seq. §. 8. *nulla Constitutione prohibitum esse, procuratorem interrogari*, notavit Voorda: „ut nempe testimonium perhibeat de rebus, in quibus non fuit procurator. Sand. *Decision.* I. 10. *Def.* 4. *in fin.* Sed adjuncta videntur suadere potius, ut dicat testimonium adversus eum, cujus negotia gessit." Sic quoque Pothier. *h. t. num.* 6.

§. 10.

Qui, cum erat creditor, etc.] Posterior Fisco.

Sed placet, omnimodo eis pecuniam auferendam esse, etc.]. In Fisco speciale. Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 44. Herbaj. *Rer. Quotid. Cap.* 5. Aliter Carpzov. *Defin. Forens. Part.* I. *Const.* 28. *Def.* 180. Mev. *ad Jus Lubec.* III. 1. *Art.* 3. *num.* 13. *seqq.*

Et postea quidem Princeps directam actionem tempore etc.] An non utilis? ut *L.* 20. *h. t.* Cujacius, *ad Libb. Papinian. Responsor. in expl. d. L.* 20. intelligit eam, quae contra debitorem principalem datur (1), de quo dubito. Conf. *L.* 20. *et* 21. *h. t.*

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 44. Sequitur: *ut et Marcellus Lib.* VII. *Digestorum scribit.* Haec verba non referenda esse ad proxime praecedentia, sed ad remotiora: *sed placet* etc. notat M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* I. *Cap.* 2. §. 4. *not. d.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 16.

L. XIX.

Denique non esse praestandas usuras, etc.] Vid. Bachov. *Adv. Fabrum, Dec.* 95. *error.* 5. *num.* 7.

L. XX.

In fidejussorem liberatum utilis *actio dabitur.*] Papinianus enim obligationem ipso jure sublatam esse, agnovit.

L. XXII.

§. 2.

Licet bona relictorum se quis profiteatur,] *Et licet bona relicturum* etc. Rob. Steph. (1).

Vel partem bonorum donatam etc.] *Vel partem bonorum donatum* etc. Rob. Steph. (2).

(1) *Et licet*, etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h. Licet et*, Jo. Canneglet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 7. *p.* 182. ubi de hoc loco. *Relicturum*, etiam Flor. Taurell. *relictOrum*. Vid. Brencm. *h.* eamque lectionem confirmare Basil., notat Po-

Pothier. *h. l. num. 7.* Forte rectius legi: *relicturum*, notavit quoque van de Water.

(2) Sic etiam scribit et interpungit Vulg. Vid. Brencm. *h.* cui id fere magis placet. Sequitur: *et nisi durum esse* etc. Jo. Cannegiet. *d. loc.* legit: *et sibi durum* etc. Jauch. *de Negation. p.* 532. *et si durum.* Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 513. delet *et* ante *nisi*.

§. 3.

Sicut renuntiare *caussam* etc.] D. Goth. *in not.* „*nuntiare*, Hal." et Rob. Steph. (1).

Si sibi mandatorem subtractum quaeratur.] Lege: *quaeratur* (2).

(1) Etiam Vulg. et MSS. Flor. quoque prima syllaba deleta. Vid. Brencm. *h.*

(2) Ut Flor. Est vitium typographicum.

L. XXVI.

Non videri in fraudem Fisci factum, etc.] Sed potius amore filii (1): et hoc in *emancipatione* speciale est. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 2. §. 20.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. *pr. not.* 3.

L. XXVII.

Idem Lib. XXXIV. *ad Edictum.*] De *repetitione dotis* agens.

Prout ad maritum pertineat.] Haec a Triboniano esse, putat Cujac. *Obs.* IX. 4. (1).

(1) Notavit hoc etiam Pothier. *Tit. de SCto Silanian. num. ult.*

L. XXVIII.

Cum Fisco contraxerit,] Antea, ut *L.* 2. *Cod. de privil. fisc.* Noodt. *ad Lib.* XX. *Pand.* Vs. *Nunc videndum*, etc. (1). Merend. *Controv. Jur.* VI. 38. et sic Fopp. ab Aezem. *Diss.* I. *Cap.* 4. [in Thes. Meerman.

Tom. VI. *p.* 807.] Vid. ad *L. ult. qui potior. in pign.* (2). Contractum vero esse cum Fisco, est satis: cum huic per se competat jus pignoris. *L.* 46. §. 5. *h. t.* (3).

In re postea adquisita Fiscum potiorem esse debere,] Ob privilegium inter Hypothecarios. Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. qui potior. in pign. num.* 16. Sed sic obstat *L.* 2. *in fin. Cod. de privil. fisc.*

(1) Sed vid. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 81. §. 5.

(2) Ubi varii laudantur, qui de his Legibus egerunt. add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 10. et Brencman. *Disp. de Legum inscription.* §. 22. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. Poster. p.* 168. Fortasse multi Interpretes hic plus difficultatis quaesiverunt, quam ipsis Legibus inest. Mihi certe admodum probabilis semper visa est sententia existimantium, nihil hic pugnae esse, quum casus sint diversi. Haec enim *Lex* 28. manifesto agit de casu, quo debitor, qui omnia bona sua praesentia et futura mihi *obligaverat*, cum Fisco contrahit, atque ita etiam Fisco bona sua obligat. Hoc casu si ille debitor postea bona quaedam adquisivit, jure communi ego et Fiscus in his bonis deberemus concurrere. Sed id privilegii Fisco datum est, ut censeatur me in iis praevenisse, adeoque me potior habeatur. Sed *d. L. ult. qui potior. in pign.* agit de casu, quo v. gr. debitor mihi obligavit omnia bona sua praesentia et futura: mox adquisivit v. gr. fundum: dein a Fisco pecuniam mutuam sumsit, atque ita etiam Fisco bona sua obligavit. Nunc etiam ratione illius fundi Fisco potior sum, quoniam etiam in hunc fundum jus pignoris adquisivi, antequam Fiscus quicquam pignoris haberet, atque adeo, antequam ex bonis debitoris, quae tempore oppignorationis debitor habuit, et etiam ex illo fundo, universum debitum consecutus sum, Fiscus nihil juris in haec bona habet. Hanc interpretationem verba *d. L. ult. quas post priorem obligationem adquisiit*, non tantum procul dubio *permittunt*, sed videntur eam etiam postulare: alioquin enim *prioris obligationis* mentio frustra fieret, et dici potuisset, aeque ac in *d. L.* 28., *quas postea adquisiit.* Sed dicitur: quas post *priorem* ob-

obligationem adquiſiit, non ergo post *utramque*. Quod autem in caſu *d. L. ult.* creditor cum debitore debitum poſtea innovaverat, nihil difficultatis habet, quia facta erat novatio hac lege, ut idem pignus maneret. Vid. *L.* 3. *pr.* et *L.* 12. §. 5. *qui potior. in pign.*

(3) Add. ſupra laud. *Fragm. Veteris JCti de jure fisci*, §. 5.

L. XXIX.

Idem Lib. VIII. *Disputationum.*] Junge *L.* 1. *de bon. eor. qui ante ſent.* etc. (1).

Et de crimine *pronuntiare.*] Corruptionis (2).

(1) Add. Cujac. *Obs.* VI. 11. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de transaction.* §. 13. Noodt. *in Dioclet. et Maxim. Cap.* 8.

(2) Praecedit: *nam in fiscalibus cauſſis id conſtitutum est.* Ab Antonino Caracalla; putat Rucker. *in not. MSS.* citans *L.* 1. §. 3. *de calumniator.*

L. XXXI.

D. Commodus reſcripſit, obſidum bona, etc.] Vid. Pagan. Gaudent. *Juridic. Expoſition.* II. 2. [in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 370.] (1).

(1) Vid. et de hac et ſeq. Lege Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 32. *p.* 272. *ſeq.* ubi plura de jure obſidum. add. Idem, *ibid. in Addend. p.* 286. *ſeq.* et Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 109. *ſeq.*

L. XXXII.

Divi Fratres Procuratoribus hereditatum *reſcripſerunt*, etc.] Eorum mentio in inſcriptione *L.* 1. *Cod. de uſur. rei judic.* et ſaepe *in Inſcription.* apud Gruter. Non recte de *procuratore* XX. accipit Burman. *de Vectigal. pop. Rom. Cap.* XI. *p.* 187. (1).

Ideoque idem jus iis (2) *ſervandum, quod habent, ſi* etc.]

etc.] Haec enim paria. Facit huc Cicer. *pro Arch. poët. Cap.* 5.

(1) Ad verba praec. *accepto usu togae Romanae* vid. Spanhem. *Orb. Roman.* II. 6. *p.* 164. et Heinecc. *in Antiq. in Append. Lib.* I. *Cap.* 6. §. 139.

(2) Ant. Fab. *Jurispr. Papinian.* XI. *Pr.* II. legit: *idem jus heredibus servandum, quod haberent.* De *heredibus* explicat Glossa, et Wieling. *loc. modo cit.* Sed van de Water, *in not. MSS.* ait: „Ego non video, cur haec verba non possint intelligi de *pbsidibus heredibus institutis.*" Cum Glossa etiam *Pothier. h. t. num.* 8. Vid. et Burman. *loc. cit.* — Ad seq. *L.* 34. vid. Jac. Lect. *ad Aem. Macr. de publ. judic.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 116.

L. XXXV.

Idque SCtis expressum est.] Secus alias. Vid. Cujac. *ad h. l.* et *ad L.* 7. *de hered. petition.*

L. XXXVI.

Praediis a Fisco distractis etc.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de Fisci debitorib.* [*Tom.* III. *p.* 506.]

L. XXXVII.

Nisi creditores suum recuperaverint,] Vid. *L.* 17. *h. t.* (1).

(1) Add. Gul. Fornet. *Selection.* III. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 106.

L. XXXVIII.

Fiscus in quaestione falsi Testamenti etc.] Et hereditatis sic debitae sibi (1).

Bona postea vacare constitit.] Testamento alio modo inefficaci.

Neque enim ad SCti beneficium etc.] Vid. *L.* 25. §. 2. *de hered. petition.*

(1)

(1) Speciem Legis proponit Pothier. *h. t. num.* 15.

L. XXXIX.

Citra poenam exilii perpetuam] Id est, relegationis. Cujac. *ad h. l.* (1).

(1) Etiam Pothier. *Tit. de poen. num.* 27.

L. XL.

Rogo fundum Titio des, de quo te rogavi:] Hoc clam factum (1).

(1) Quod non placet Wissenbachio, *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4.

§. 1.

Patronus, si tacite etc.] Vid. *L.* 60. *ad SCtum Trebellian.*

L. XLI.

Eum qui bona vacantia etc.] Vid. *L.* 2. *Cod. de hered. vel action. vend.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 42. vid. Majans. *ad* 50. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 231. *seqq.* add. Fiers Smeding. *Diss. de Salv. Ab. Valente*, *p.* 84. *seqq.* Lugd. Batav. 1824. *Arrianum Severum*, cujus mentio hic fit, eundem esse, cujus meminit *L.* 2. §. 1. *h. t.* et esse *Arrianum JCtum*, putat Bertrand. *de Jurisperit.* II. 45. Vid. tamen Majans. *loc. modo laud. p.* 219. — De seq. *L.* 44. vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 6. *b. in fin. not.* 11.

L. XLV.

Idemque juris est, etc.] D. Goth. *in not.* " Imo, aliud. *L.* 26. *h. t.*" Est speciale (1).

(1) Vid. notata ad *d. L.* 26. add. Cujac. *Obs.* VIII. 9. Gilb. Regium, *Enantioφ.* I. 14. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1486. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 12. Sequitur: *aeque enim in omnibus fraus* po-

ponitur. Ita Flor. pro *punitur*. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. *pr. not.* 4. et V. 37. *not.* 2. *POnitur*, Taurell.

§. 1.

Bona eorum qui in custodia, yel in vinculis, etc.] Vid. *L. ult.* §. 7. *de bon. cor. qui ante sent.* (1).

(1) Sequitur in §. 2. *quod si id* taedio *vitae* etc. Al. *odio*, quod non displicet Rittershusio, *ad Paul. Sent.* V. 12. §. 1. *not.* 9. sed vid. Schulting. *ibid.* — §§i 4 — 14. inserti sunt Paul. *Sent. d. loc.* §. 12. ubi vid. Interpp. — In §. 6. verbis: *ut ne is* etc. τὸ *ne* Flor. abest, sed supplevit Hal. recte. Vid. Jauch. *de Negation. p.* 44. *et.* 122. Vulg. et MSS. *ut* in *ne* convertunt. Vid. Brencm. *h.*

§. 7.

Quotiens apud Fiscum (1) *agitur*, actorum *potestas* etc.] *Judicialium*. Cujac. *ad h. l.* (2).

Ut merito is uti liceat,] Pro *iis* (3).

(1) Id est, Tribunal, ubi caussae fiscales aguntur. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 5. §. 6. *not.* 51.

(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. §. 12. *not.* 62.

(3) *His*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 9.

Non inique (1) *postulat persecutionem bonorum ejus*, etc.] Vid. *L.* 5. *pr. de censib.*

(1) *Nonnunquam*, Hal. Sed recta Florentina. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent. loc. modo cit. not.* 64. et Jauch. *de Negation. p.* 87.

§. 11.

Et in reliquum non exsolutae quantitatis accesserint,] Non, si simpliciter. Merend. *Controv. Jur.* XIII. 26. *num.* 3. *seqq.* (1).

(1)

(1) Vid. ad h. §. Schulting. loc. modo laud. not. 66. — Verba: cupressi materiam vendere, vel olivae, in seq. §. 15., illustrat van Vryhoff. Obs. Jur. Civ. Cap. 22. p. 112. seq. Arbores pomiferas Brisson. de Verb. Sign. voc. pomum, exponit; quae quodlibet pomi genus ferunt. add. Arntzen. ad Sedulii Carmen Paschale, I. vs. 54.

L. XLVI.

Qui cum heres institutus esset, ut filius, etc.] A sciente, eum esse suppositum. Brunneman. *ad h. l.* Scip. Gentil. *de Errorib. Testam. Cap.* 1. [*Oper. Tom.* I. *p.* 6.] Aliter Wissenbach. *ad L.* 4. *Cod. de hered. instit.* (1).

(1) Ubi etiam alii laudantur. add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 995. *seqq.* ubi integram hanc Legem exposuit. Vid. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 19. *num.* 4. Secundum Pothier. *Tit. de his quae ut indign. num.* 23. fingendum, Testatorem ita instituisse: *Titius filius meus heres esto*, non simpliciter: *Filius meus heres esto.*

§. 2.

In ea Provincia, in qua administrat,] In alia licet. arg. *h. l.* et *L.* 62. *de contrah. emt. L.* 15. *de re militar.* (1). Nec admisit contrarium Tribonianus, etsi a Constantino constitutum. Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de his quae administr.* [*Tom.* II. *p.* 667.]

Infirmato contractu vindicatur,] A domino veteri, non Fisco: quod constituit Constantinus *d. L.* 1. *Cod. Theod.*

Et aestimatio ejus Fisco infertur:] Aliud *L. pen. Cod. de his quae vi metusve causs.* ubi est facta concussio, non hic (2). Nec opus statuere juris mutationem cum Jac. Gothofredo, *loc. modo laud.* Nec obstat *L.* 46. *de contrah. emt.* (3).

Nam et navem in eadem Provincia, etc.] Vid. Cicer. *in Verrem*, V. 18.

(1)

(1) Add. Finestresium, *loc. modo cit. p.* 1011.
(2) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. quod met. causs.* §. 9.
(3) Ad quam vid. notata.

§. 4.

Intra duos menses etc.] Abrogatum per *L. ult. Cod. de compensation.* putat Donell. *ad d. l. num.* 8. *seq.* (1).

(1) Add. Finestr. *d. loc. p.* 1019.

§. 5.

Excepta caussa tributoria, et stipendiorum, etc.] Vid. Donell. *ad L.* 5. *Cod. de compensation. num.* 7. *seqq.* et Zanger. *de Exceptionib. Part.* III. *Cap.* 8. *num.* 22. *seqq.* (1). Nisi ex tali caussa quoque et ipse Publicanus compensare velit. Matth. *de Auctionib.* II. 6. *num.* 8. *seq.*

(1) Add. Finestr. *d. loc. p.* 1020. *seqq.*

§. 6.

In reatu constitutus, etc.] Et magis ante. *Consil. JCtor. Batav. Part.* I. *Cons.* 120.

Eique debitor recte bona fide solvit.] Vid. *L.* 41. *de solution.* (1).

(1) Add. Finestr. *d. loc. p.* 1026. *seqq.* — Sequitur in §. 8. *Caesari* volenti *adquirit.* Id est, *ratum habenti.* Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 572.

§. 9.

Si multi Fisco fraudem *fecerint*,] *Furtum*, legit Cujac. *ad h. l.* (1).

(1) Aut *fraus* pro *furto* accipienda. Vid. Finestr. *d. loc. p.* 1045. Sequitur: *sed omnes* semel etc. Rehd. *simul.* Vid. Geb. *h.* quod sensum flagitare videri, ait van de Water, *in not. MSS.*

L. XLVII.

Moschis] *Sempronia Moschis* apud Spon. *Miscellan.* *p.* 150. *Aurelia* apud Gud. *Inscription*, *p.* 148. 3. (1).

Fisci debitrix ex conductione vectigalium,] Vid. Matth. *de Auctionib.* II. 3. *num.* 8. (2).

Aequum putavit Imp., prius heredes conveniri debere:] Aliud in *tributis. L.* 5. *in fin. de censib.* — Ergo exceptio *ordinis* jam olim Fisco opposita. Balduin. *ad Nov.* 4. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1331.] Rittershus. *ad Novell. Part.* III. *Cap.* 2. *num.* 18. quod de hypotheca *tacita*, non de *expressa* accipit Fab. *de Erroribus Pragm. Dec.* 5. *error.* 9.

In reliquum, possessorem omnem:] Inter illos enim nullum ordinis beneficium. Fab. *loc. modo laud.*

(1) Add. *Inscription.* apud Gruter. *p.* 661. 4. et *p.* 695. 12.
(2) Ubi probat, etiam mulieres vectigalia conducere potuisse. add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Publican.* §. 21. et Burman. *de Vectigal. pop. Rom. Cap.* 9. *p.* 137. — Sequitur in §. 1. *eamque paulatim pluribus locaverat* etc. Hoc nove dictum videri, notat Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 385. *not.* 11. Vid. tamen Idem, *ibid. in Addend. p.* 489. et Conrad. *Parerg. p.* 545. Pro *hoc iniquum et inutile Fisco videbatur*, Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXXII. §. 1. mallet: *hoc iniquum et incivile Fisco* etc.

L. XLVIII.

Et eo nomine cautionem etc.] Vid. *L.* 3. *h. t.*

Haec persona, quae capere non poterat, se detulerat,] Vid. *L.* 13. *pr. h. t.*

Sed in universo pronunciavit, etc.] Lege: *sed in universo. Pronuntiavit*, etc. (1). Aliter Reinold. *Varior. Cap.* 39. non recte.

Nisi petitum *esset:*] *Repetitum*, Suerin. *Repet. Lection. Cap.*

Cap. 42. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 87. *seq.*] ubi de hac Lege (2).

Placuit, *quia non probabat* etc.] *Et placuit*, Cujac. *ad h. l.*

(1) Ita edidit Suerin. *loc. laud.*
(2) De qua vid. et Fab. *Conject.* XVII. 3. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 2. *num.* 7.

§. 1.

Restituere hereditatem post mortem suam,] Aliud, si bona vetita sint, ad alios venire. *Nederl. Advysboek*, III. 271. Vid. de hac re quoque *Decision. Cur. Holland. Dec.* 25. De jure Fisci late Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 2.

Cum heres scripta condemnata esset a Fisco, et *omnia bona* etc.] *Condemnata esset, et a Fisco omnia* etc. Rob. Steph. recte (1). add. *L.* 1. *Cod. ubi causs. fiscal.*

Quia posset prius ipse mori,] Idem de damnatis ad remum, et similibus. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 8. *num.* 4. *seq.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1194.]

Repulsus est interim a petitione.] Vid. Cujac. *Obs.* XV. 5. Fab. *Cod.* IV. 58. *Def.* 9. Idem in alienatione alicujus respectu vetita. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* III. *Cap.* 3. *num.* 44. Dissentit Fab. *Cod. d. loc.*

(1) Add. Schulting. *Diss. de Recusation. Judic. Cap.* 7. §. 1. *p.* 76. Ita etiam Vulg. Vid. Brencm. *h.* Egit de hac Lege Amaya, *Obs. Jur. Civ.* I. 11.

L. XLIX.

An totius artis *partem dimidiam*] Lege: *assis* (1). add. Cujac. *ad L. unic. Cod. de his, qui se def.*

De qua re exstat rescriptum Imp. Antonini] *Pii.* Vid. *L.* 59. §. 1. *ad L. Falcid.*

Unde dodrantis semissem solum capit, qui se detulit.]

Haec

Haec videntur esse Pauli, non Imperatoris. Cujac. *ad h. l.*

(1) Ut Flor. Vitium typographicum est.

L. L.

Valerius Patronius] Lege: *Patroinus* (1), ut et mox.

Ad venditorem pertinere.] Adeoque et ad debitorem, cujus pignora nondum plane sunt addicta. Maynard. *Decis. Tholos.* II. 40.

Papinianus et Messius] *Messiana familia*, Gruter. *Inscription. p.* 880. 14. et *p.* 881. 1. *et* 2.

Emtorem vero pensionem ejus anni accepturum,] Et stare locatione. Merill. *Obs.* II. 20.

Quod quidem *domino colerentur*,] *Quod si quidem a domino*, Rob. Steph. (2).

Respondit, *si nondum dies pensionis venisset*, etc.] Vid. Matth. *de Auctionib.* I. 16. *num.* 56.

(1) Ita Flor. Explucuit hanc Legem Majans. *ad* 50. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 324. *seq.* add. Pothier. *h. t. num.* 52. et Otton. *in Papinian. Cap.* 14. §. 5. *p.* 519.

(2) Etiam Vulg. Vid. Brencm. *h.*

TITULUS XV.

DE CAPTIVIS, ET DE POSTLIMINIO, ET REDEMTIS AB HOSTIBUS.

De *postliminio* vid. Herald. *ad Jus Attic. et Rom.* I, 3. (1).

(1) Add. Jos. Fern. de Retes, *Opusculor. Lib.* VI. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 274. *seqq.* Majans. *Disp.* XIII. quae est *de postliminio.* Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de cap. demin.* §. 4. De ordine hujus Tituli in Pand. vid. Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 566.

L. II.

Navibus longis (1), etc. *postliminium est*,] Vid. Cicer. *in Topic. Cap.* 8. De navibus his prolixe Salmaf. *ad Jus Attic. et Roman. Cap.* 28. — Nullis hodie. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. *num.* 15. (2).

(1) Vid. Herald. *Obs. Cap.* 38. in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 1360.
(2) Add. Bynkersh. *Quaest. Jur. Publ.* I. 5.

§. 2.

Quod turpiter amittantur.] Et pulchre in iis vita effunditur. Virgil. *Aeneid.* II. *vs.* 317. et 354. ubi Serv. (1).

(1) Vid. ad hunc §. et feq. *L.* 5. Majanf. *ad* 50. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 460. *feq.*

L. IV.

Vel hostibus deduntur,] *Nec hostibus deduntur*, Balduin. *Scaevol.* [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 460.] Non temere, et probat Noodt. *ad Tit. Pand. de tutor. et curator. dat.* Vs. *Posfunt haec* etc. Grotius, *in Flor. Sparfion. p.* 284. *vel ab hostibus deduntur.* Idem, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. §. 8. nihil mutat. add. Herald. *ad Jus Attic. et Rom.* I. 5. *num.* 12. (1). Ziegler. *ad Grot.* II. 21. §. 4. *vel ab hostibus deducuntur* (2). Vid. et de hoc loco Ant. Fab. *Jurisp. Papinian. Tit.* XI. *Princ.* 8. *Illat.* 1. *p.* 611. Herald. *loc. laud. Cap.* 6. Difficultas est in *L.* 17. *h. t.* nisi illic ponas, cum pactione, hic fine. Quaedam Salmaf. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 27. *p.* 656. fed nihil expedit. *Deduntur* in conflictu, Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 3.

An qui hostibus deditus reverfus, nec a nobis *receptus*, etc.] *Nec ab iis*, Balduin. *Scaevol. loc. modo laud.* et Charond. *h.* in margine. Sic et Faber, *loc. cit. p.* 612. et, ut vere dicam, aliter erit ambiguitas vitiofa. Noodt.

loc.

loc. modo laud. a nobis explicat: *quatenus ad nos attinet* (3).

Inter Brutum et Scaevolam varie tractatum est.] Conf. *L. ult. de Legation.* ubi vide.

(1) Vid. et Jos. Fern. de Retes, *Opusc.* VI. 1. *num.* 9. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 276. et Nic. Anton. *de Jurib. exul.* I. 8. *num.* 17. in *cod. Thes. Tom.* III. *p.* 27.

(2) Sic et Hal. Vulg. *vel qui ab hostibus deducuntur.* Vid. Brencm. *h.*

(3) D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 5. legit: *an qui hostibus a nobis deditus, nec receptus, reversus civis Romanus fit.* add. Idem, *Vit. Scaevol. p.* 61. Nihil mutat Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 298. quem probat H. J. Arntzen. *in not. ad D'Arnaud. Vit. Scaevol. d. loc.* add. praeter de Retes, et Anton. *locc. modo citt.* Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 137. *seq.* et *p.* 151. *seqq.* Pothier. *h. t. num.* 8. et *num.* 18. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *a et ab, num.* 8. Gebauer. *Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 302. *seq. in not.* Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 10. §. 4. *p.* 50. pro *nec a nobis* legit: *et a nobis.*

L. V. (1).

(1) Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 462. *seqq.*

§. 1.

Et intra praesidia sua produxerunt:] Vid. Grotium, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 6. §. 3. et ad eum locum Ziegler. add. Herald. *Obs. Cap.* 38. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1360. *seq.*] et *ad Jus Attic. et Rom.* I. 6. *num.* 7. et maxime Cunaeus, *in Respons. de Jur. postlim.* (1). De *praesidiis* quaedam Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 27. *p.* 644. *seq.*

(1) Add. Marckart. *Interpr. rec. Lection.* I. 10. *p.* 67. *Amicos* Grotius, *d. loc.* III. 9. §. 2. intelligit, non simpliciter quibuscum pax est, sed qui partes in bello

 eas.

easdem sequuntur. Bynkersh. *Quaest. Jur. Publ.* I. 15. qui mutuo foedere in hostem agunt.

§. 2.

Nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, etc.] Quod plus est, quam amicitia sola. Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 26. *p.* 608. *seqq.*

Hoc quoque igitur casu postliminium datum est.] Vid. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. §. 18. *seq.* Facit huc Dio Cass. *Lib.* LIV. *p.* 536.

§. 3.

Et ideo in Atilio Regulo, quem Carthaginenses etc.] Lege: *Carthaginienses.* add. Cicer. *de Offic.* III. 27. (1).

Non est visa necessaria Lex, etc.] Qualis *L. ult. de Legation.*

Et ideo Lex esset supervacua.] Interdum et ob dubia tollenda tales Leges latae. Cicer. *pro Domo, Cap.* 26. De re quoque Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 26. *p.* 593. *seqq.* non bene (2).

(1) Sequitur: *et ideo in* quodam *interprete Menandro* etc. Nic. Catharinus, *Obs. et Conj.* II. *ult.* in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 784. legit: *in duodecim*, i. e. XII. Tabularum, *interprete* etc. Male. Hermodorum Ephesium eum vocat Pomponius in *L.* 2. §. 4. *de orig. jur.* De hoc Menandro Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 143. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1254. *seq.*

(2) Add. Pancirol. *loc. modo cit.* et Gebauer. *Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 300.

L. VI.

Pretium ex Fisco reddendum est.] Hoc singulare, quia res hic erat amissa (1).

(1) In hac Lege rescriptum laudari, nulla tamen ejus mentione facta, putat Cujac. *in expos. Nov.* 22. *p.* 572.

Idem

Idem rescripsisse Impp. Severum et Antoninum *L.* 12. §. 17. *h. t.* notavit van de Water.

L. VII.

Non dubito, quin etc.] *Cum* (1), Salmaf. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 26. *p.* 586. et mox *non* delet. Non recte. *Quamquam*, Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1237.] et *ad Jus Attic. et Rom.* I. 3. *num.* 11. *seqq.* bono sensu, et tunc mox *non* optime quadrat. add. Idem, *d. Cap.* 16. *in fin.* et *Cap.* 17.

Foederati et liberi] Hi diversi. Plin. *Epistol.* X. 93. Cujac. *Obs.* XXVII. 33. Sed saepe conjunguntur. Cicer. *pro Balbo*, *Cap.* 8. Nimis urget horum discrimen Salmaf. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 26. *p.* 590.

Nobis externi sint (2),] Non vero subsint nobis. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 17. *num.* 9. *seq.*

Non inter nos atque eos postliminium esse.] Non recte Valef. *ad Amm. Marcellin.* XIX. 9. *p.* 220. (3).

(1) *Quum*, Bilderdyk. *Obs.* I. 12.
(2) *Non sint*, Hal. et Vulg. Vid. D. Goth. *in not.* Florentinam retinet Cujac. *Obs.* XI. 23. et *loc. cit.*
(3) Cujac. *Obs.* XI. 23. *Nec inter nos* etc. Pothier. *h. t. num.* 4. putat, Veteres hac in re dissensisse, sed Proculi sententiam praevaluisse.

§. 1.

Sive is foederatus est,] *Sive non est foederatus*, addit Rob. Steph. (1). quod sensus flagitat. Turbat valde Salmaf. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 26. *p.* 591.

Item sive aequo foedere in amicitiam venit, etc.] Vid. Liv. XXXIV. 37. Virgil. *Aeneid.* XII. 91. 191. Cicer. *pro Arch. Poët. Cap.* 4. *Foedera ingenuae pacis*, Amm. Marcellin. XXVII. *p.* 485. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 16. *num.* 14. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1242.] pro *item* legit: *id est.* Male.

Ut is populus alterius populi majestatem comiter conservaret,] Vid. Grotium, *de Jur. Bell. ac Pac.* I. 3. *num.* 21. Vinn. *de Jurisdiction. Cap.* 3. *num.* 5. *seq.* Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 1. *num.* 5. *seqq.*

Alterum populum superiorem esse,] Vid. Cicer. *pro Balbo, Cap.* 16. Liv. XXXVIII. 11.

Quemadmodum clientes nostros intelligimus liberos esse,] Multo magis, qui protectionem solam pacti sunt. Gail. *Obs.* II. 54. ad aliquem appellant, jura ejus recipiunt. Mev. *ad Jus Lubec. Quaest. Praelim.* II. *num.* 6. *seqq.* De *clientelis* Dionys. Halic. *Lib.* II. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1175. *seqq.*] Sub Imperatoribus exolevere, qui potentes oderunt. Herald. *d. loc. num.* 10.

Neque viri boni nobis praesunt:] D. Goth. *in not.* „*Neque viribus nobis pares sunt*, Hal. *Neque jure omni pares sunt*, Vulg." *Neque jure omni nobis pares sunt*, MS. Aured. teste Char. *h.* in margine (2).

(1) Etiam Char. *h.* in margine.
(2) Quod probat Wieling. *Lection. Jur. Civ. in Praefat.* Vs. *Ait JCtus*, etc. Florentinam exhibere IV. MSS., quae contulit, testatur Brencm. *h.* eamque tuetur Jo. Gotfrid. Sammet. *Opuscul. p.* 224. *seq.* Ipse Brencm. *d. loc. neque ut viri boni nobis praesunt*, id est, ut arbitri. *Neque ut viri boni, nobis pares sunt*, Henr. Kellinghusen. *Diss. de LL. nonnullis Roman. Cap.* 21. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 65. Haloandrinam sequuntur Cujac. *Obs.* XXVII. 33. Voet. *ad Tit. Pand. ad L. Jul. maj. num.* 5. Barbeyr. *ad Grot.* I. 3. §. 21. *num.* 2. Pothier. *h. t. num.* 4. etiam Bilderdyk. *Obs.* I. 12. locum tamen hunc aliter construendum censet.

§. 2.

At fiunt apud nos rei etc.] An, apud Graecos? dubito ob locum Eurip. *Orest. vs.* 769. — Facit huc *L.* 3. *de*

de offic. Praefid. Bynkersh. *de Foro Legator. Cap.* 2 Non hic agitur de quaestionibus ex foedere, quomodo accipit Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* I. 3. *num.* 21. ubi vid. et Ziegler. (1).

(1) Add. Cujac. *Obs.* XXVII. 33. et Pothier. *h. t. num.* 4.

L. VIII.

Paulus Lib. III. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 21. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 227.] et Heinecc. *ad eand. Legem, p.* 97. *et* 331.

Non ut a patre filius, ita uxor a marito jure postliminii recuperari potest,] Ratio *L.* 12. §. 2. *h. t.* add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 64. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 819.] Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 8.

Et adhuc alii post constitutum tempus *nupta non est:*] D. Goth. *in not.* „Haec verba: *post constitutum tempus*, Cujacius, *ad Nov.* 22. a Triboniano subdita esse ait." Etiam Brisson. *de Jur. connubior.* [*Oper. minor. p.* 366.] (1).

Quod si voluerit etc.] Lege: *noluerit* (2).

Poenis diasidii *tenebitur.*] Lege: *discidii* (3).

(1) Et Wissenbach. *Embl. Tribon. Cap.* 7. *p.* 158. et Heinecc. *loc. cit. p.* 331. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. p.* 500. Haesitat Voorda, *Thes. Controv. Dec.* 9. §. 1. add. Pothier. *h. t. num.* 23.

(2) Ita Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Gebt *h. l.* Sed eodem fere sensu, ut ait Pothier. *d. loc.* *Noluerit*, etiam Heinecc. *d. loc. p.* 331. et Jens. *Strictur. ad Pand. p.* 513.

(3) Ita Flor. *Dissidii*, Hal. etiam Rehd. ubi tamen superscriptum: *al. disc.* Vid. Geb. *h. l.*

L. IX.

Ulpianus Lib. IV. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac.

Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 12. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 220.] (1).

(1) Et Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 15. *not.* 7.

L. X.

Pater instituto *impuberi* etc.] Idem si *exheredato*. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 11. *Thes.* 9. *Lit. g. p.* 669. Vid. ad hanc Legem Cujac. *ad Papinian. Libb. Quaestion.* (1).

Substitutio suas vires necessario tenet.] Nec huc producitur, quod est *L.* 12. *qui testam. fac. poss.*

(1) Sequitur: *quoniam si pater*, *qui* non *rediit*, etc. Ita Hal. recte. Vid. Jauch. *de Negation. p.* 87. *et* 122. et Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 4. *p.* 702. Flor. ab initio negatio abfuit. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Si mortuo patre etc.] Vid. ad hunc §. Rucker. *Interpr.* I. 4. (1).

(1) Add. Amaya, *Obs. Jur. Civ.* II. 2. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 23. Henr. Kellinghusen. *Diss. de LL. nonnullis Roman. Cap.* 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 21. *seqq.*

L. XI.

Quod si filius etc.] Junge *praec. L. pr.* De hac Lege Fab. *Conj.* III. 9. *num.* 9. *seq.*

Quod de secundis tabulis tractari *possit*,] Id est, disquiri (1).

Exinde sui juris videtur *fuisse*,] *Non videtur*, Hal. et alii male (2).

Ex quo pater hostium potitus (3) *est.*] Non a tempore mortis.

(1) Add. Cujac. *Obs.* XV. 17. et Thom. Papillon. *de substitution. pupillar. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 736.

(2)

(2) Add. Jauch. *de Negation. p.* 88.
(3) De hac locutione vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. *ult.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1316. Ant. Augustin. *Emend.* IV. 10. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1559. *seq.* Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 1. *p.* 88. *seq.*

§. 1.

Sufficiat (1) *Lex Cornelia substituto non alias* (2), *quam si* etc.] Aliter enim esset mortuus, antequam aliquid haberet.

(1) Id est, *proficiat.* Rad. Fornet. *Rer. Quotid.* IV. 22. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 247. add. Cujac. et Papillon. *locc. modo citt.* Late de hoc §. Ed. Amisfort. van Voorst. *Diss. de Jur. quod orit. ex commorientibus*, *Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 364. *seqq.*
(2) Id est, *non secus*, Jauchius, *de Negation. p.* 304. secutus Ant. Fabrum. Sed vid. Rucker. *Interpretation. Cap.* 3. *p.* 209. *seq. Non alia ratione, quam si* etc. Wieling. *Lect. Jur. Civ.* I. 22. *p.* 79. et post *substituto* ponit (;).

L. XII.

In pace autem *his*, etc.] Sic etiam in Veteri MS., teste Leonin. *Emend.* II. 6. *num.* 27. (1).

De quibus nihil *in pactis erat comprehensum*,] D. Goth. *in not.* „*de quibus id in pactis* etc. P. Fab. *Semestr.* I. 7. et Cujac. *Obs.* XIX. 7." et *Obs.* XXIV. 31. aut alioquin subintelligenda dicit verba: *non est postliminium.* Similis elliptica locutio in *L. unic.* §. 1. *si quis jus dic. non obtemp.* In Veteri MS. post *comprehensum*, addi: *non est*, testatur Leonin. *d. loc. De quibus id in pactis* etc. legit quoque Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. §. 4. et Cunaeus, *in Respons. de Jur. postliminii*, *p.* 254. (2). Aliter, sed eodem sensu, Herald. *Obs. Cap.* 36. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1358.] legit: *in pace non item.* Non satisfacit Bynkersh. *Obs.* I. 20. (3).

Quod ideo placuisse Servius scribit, quia spem revertendi etc.] Rationem ex Jure Gentium solidiorem dat Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. §. 4. (4).

Qui pervenerunt ad alteros,] Haec expungit Herald. *loc. modo laud.* et *ad Jus Attic. et Rom.* I. 3. *num.* 6. male. Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 26. *et* 27. pro *alteros* legit: *exteros*, male quoque (5), et mox pro *suo facto* legit: *suis factos*, nec hoc bene.

Eorum servi efficiuntur,] Occisi quoque, apud Socrat. *Histor. Ecclesiast.* I. 19.

Apud quos jam hostes suo facto *deprehenduntur*,] Legendum: *suo fato*, cum Grotio, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 6. §. 12. Vinn. *ad* §. 17. *Inst. de rer. division.* (6) et ante eos Charond., etiam ed. Rob. Steph. et multae aliae. Vid. Bynkersh. *Obs.* IV. 14. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 9. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 290.] Sic Quinctil. *Declam.* 19. [*p.* 356. ed. Burm.] *sicut me deprehenderat temporis illius fatum.* Sic *L.* 2. *de cond. et dem.* Senec. *de Provident. Cap.* 3. et *de Brevit. Vit. Cap.* 2. *Factum* etiam pro *fatum* male legitur *L.* 21. *pr. de evictione* (7). Herald. *loc. laud.* legit: *suos factos.* Prius elegantius et commodius. Bynkersh. *d. loc.* legit: *apud quos, jam hostes suo facto, deprehenduntur*, quod non placet. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 4. Vulgatam sequitur, sed frigide defendit.

Nisi foedere cautum fuerat, etc.] Vid. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. *num.* 4.

(1) Hal. *etiam* loco *autem*. Vid. Geb. *h.*

(2) Cum Cujacio facit quoque Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 20. et Majans. *Disp.* XIII. §. 29. Aliter Idem, *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 465. Jauchius, *de Negation. p.* 352. *seq.* *τὸ nihil* delet, et refutat Bynkershoekium. Cum Cujacio facere etiam videtur Pothier. *h. t. num.* 6. quamvis Bynkershoekii conjecturam quoque proponat.

(5)

(3) Quem laudat Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 1. *p.* 228.
(4) Add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 122.
(5) *Alteros*, id est, *alios*. Bynkersh. *Ob.* IV. 14.
(6) Etiam Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 18. et locum hunc ita exhibet Cujac. *Obs.* IV. 9. in fin.
(7) Ad quam vid. notata.

§. 1.

Nam hereditate non (1) *possunt*,] Cujus adquisitio in suspenso esse nequit, per *L.* 77. *de reg. jur.* Nec obstat *L.* 34. *pr. L.* 74. *in fin. de adq. vel omitt. hered.* illic enim res et conditio erant certae per se, hic non. Leonin. *Emend.* II. 7.

(1) *An possint*, Hal. male. Vid. Jauch. *de Negation. p.* 62. *seq.* et Leonin. *d. loc.*

§. 2.

Facti autem caussae infactae nulla Constitutione fieri possunt:] Facit huc Senec. *de Benefic.* VI. 2. Cicer. *pro Domo, Cap.* 18. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1338.] Distinctius Chess. *Differ. Jur. Cap.* 62. *et Cap.* 64. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II.]

Interrumpitur usucapio:] Vid. ad *L.* 19. *ex quib. causs. major.* (1).

Julianus scribit, credi suo tempore impleri usucapionem, etc.] Vid. *L.* 8. *de usurp. et usuc. L. pen. h. t.* Cujac. *ad L.* 15. *de usurp. et usuc.* (2).

Sed Juliani sententia sequenda *est.*] *Sententiam sequendum*, Flor. Vid. ad *L.* 19. *in fin. de novation.* (3).

(1) Praecedit: *qui postea* nactus *est.* Hal. et Vulg. *captus.* Vid. Brencm. *h.* probante Bilderdyk. *Obs.* I. 18. *p.* 126. Malam versionem dicit Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 513. et *in Append. p.* 679.
(2) Add. de hoc loco Ang. Jac. Cuper. *Diss. de Natur. possession. Part.* II. *Cap.* 30. *p.* 105. *seq.*

(3)

(3) Add. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 299. *Sententia sequenda*, Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 3.

Medio tempore filius, quem habuit in potestate captivus, uxorem ducere potest (1):] Vid. *L.* 23. *h. t.*

Nam utique nec dissentire:] Facit huc *L.* 7. §. 1. *de sponsal.*

Susceptus ergo nepos in reversi captivi potestate, ut redierit, erit,] Taurell. *rediERIT*, i. e. *redierit, erit* (2).

Cum nuptiis consenserit:] *Non consenserit*, Flor. recte.

(1) An non debet triennium exspectare? Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de nupt.*. Vs. *unde quaesitum est*, etc. putat, inter Vett. JCtos hac de re disputatum fuisse, sed praevaluisse negantium opinionem. Alii aliter. Vid. notata superius ad *L.* 10. *de rit. nupt.*

(2) Flor. fuit: *audierit.* Vid. Brencm. *h.* qui inde legendum conjicit: *ut avus redierit, erit.* Hoffman. *Melet. Diss.* XXXI. §. 2. potius pro *consenserit*, ope geminationis legi vult: *consenserit, erit.* Sequitur: *quia* illius *temporis conditio*, etc. Voorda, *in not. MSS.* legit: *quia* illud *temporis* etc.

§. 4.

Non tamen in matrimonio est.] Sed vid. *L.* 8. *h. t.*

§. 5.

Non creduntur jure subtili confirmari testamento, etc.] Vid. *L.* 7. *de jur. codicillor.*

§. 6.

At si nunquam iste hostium potitus *fuisset.*] Vid. ad *L.* 10. *de testam. milit.* (1).

(1) Et ad praec. *L.* 11. *pr.*

§. 8.

Nihil ex constitutione domini *superesse*, etc.] *Domi-*

nis

nis (1), Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 93. *error.* 3. *num.* 5. Sed Vulg. habet: *domino.* — Casus notabilis, ubi quis jam dominus revocabili jure, dominium irrevocabile adquirit usucapione. add. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 93. *error.* 3. *num.* 5.

(1) Sic etiam legit Rucker. *in not. MSS.* et Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 19. *p.* 114. geminata litera *s* vocis sequentis. Praecedit: *Constitutio, quae de redemtis lata est.* Quae illa sit, JCtus non addit: non autem esse *L.* 2. *Cod. de postlimin.*, quippe quae Tryphonino posterior est, notat Pothier. *h. t. num.* 27.

§. 9.

Ne praestatio libertatis dominii fiat translatio?] Et actus operetur contra agentium intentionem.

Quia, ut Sabinus scribit, de sua qua *civitate* etc.] *Quaque*, Rob. Steph. (1).

Certe et veteri jure, si ad *hoc* etc.] Lege: *ab hoc* (2).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* add. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 10. in fin. Sequitur: *liber erit servus.* Ant. Fab. *Jurispr. Papinian.* III. 4. *Illat.* 5. *p.* 121. et XI. 8. *Illat.* 19. in fin. pro *liber* legendum censet: *semper.* Sed vid. Pothier. *h. t. num.* 27.

(2) Ut Flor. Vitium typographicum est, quod tamen etiam in aliis editt. Goth. exstat.

§. 12.

Nisi quod in hoc controversa *res est*,] *Diversa*, Rob. Steph. (1). *Conversa*, Flor. quod cur mutatum? (2). add. Gloss. *h.*

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

(2) Etiam Rucker. *in not. MSS.* monet, mutari illud non debuisse. Praecedit: *et in* propriorem *debiti caussam.* Ant. Fab. *Jurispr. Papinian.* XI. 8. *Illat.* 13. legit: *priorem.*

§. 13.

§. 13.

Et in parte ceterorum ei, *qui redimit*, fuccedant.] *Is — fuccedat*, Rob. Steph. (1).

(1) *Succedat*, etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 18.

Cum matre redimatur ab eodem etc.] Scil. emtore.

Aeftimationem contingere *partus*,] Al. *contingeret* (1).

(1) Sic Hal. Vid. de hoc loco Pothier. *Tit. de Legat. num.* 133.

L. XIII.

Paulus Lib. II. *ad Sabinum.*] Agens forte *de fuis et legitimis.* Junge *L.* 17. *h. t.*

L. XIV.

Pomponius Lib. III. *ad Sabinum.*] Egit *de adquirenda vel omittenda hereditate*, etc.

§. 1.

Non ut pater filium, etc.] Vid. *L.* 8. *h. t.*

L. XV.

Ulpianus Lib. XII. *ad Sabinum.*] Agens de *liberis fuis.*

Quod non fine ratione dicetur.] Ergo mors hoc vinculum folvit.

L. XVI.

Idem Lib. XIII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 2. *de fuis et legitim. hered.*

L. XVII.

Paulus Lib. II. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 13. *h. t.*

Postliminio carent, *qui armis victi hostibus fe dederunt.*] Obftat *L.* 4. *h. t.* ad quam vide. add. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. §. 8. Herald. *Obs. Cap.* 37.

[in

[in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1359. *seq.*] et *ad Jus Attic. et Rom.* I. 5. *num.* 14. (1). De toto populo videtur capere Huber. *de Jur. Civitat.* I. 9. *Cap.* 7. *num.* 35. de quo tamen aliter Cicer. *de L. agrar. contra Rullum, Orat.* II, *Cap.* 15. Deditionis ritus apud Brisson. *de Formul.* IV. 39. *seqq.*

(1) Vid. et Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 122. *seq.*

L. XVIII.

Ulpianus Lib. XXXV. *ad Sabinum.*] De *repetitione dotis* egit illic.

L. XIX.

Postliminium est etc.] Aliter Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. §. 2. (1).

Aut etiam citra bellum,] Vid. *L.* 5. §. 2. *h. t.*

Ut qui per injuriam ab extraneis detinebatur, etc.] Vid. Grot. *d. loc.* III. 10. §. 2.

(1) Add. Finestr. et de Monzalv. *loc. modo laud. p.* 119. *seqq.*

§. 1.

Induciae (1) *sunt*, etc.] Rectius Grot. *loc. laud.* III. 21. §. 1.

(1) Unde dictae, Coler. *Parerg. Cap.* 21. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 373. *seq.*

§. 3.

Sed et si in civitatem sociam amicamve, etc.] Haec diversa. Liv. XLV. 25. Victorin. *in Cicer. Rhetoric.* I. *p.* 82. (1).

(1) Add. Grotium, *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 9. §. 2. et Bynkersh. *Quaest. Jur. Publ.* I. 15.

§. 6.

§. 6.

Liber efficitur.] Ratio §. *praec.*

Neque sibi reverti potest,] Ob §. 4. *h. l.*

§. 7.

Et quia disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, etc.] Non probo judicium contrarium Voetii, *de Jur. Militar. Cap.* 4.

§. 8.

Aut ad eos, cum quibus nulla amicitia est,] Vid. *L.* 5. §. 2. *h. t.* (1).

(1) Praecedit: *qui aut ad hostes, aut in bello transfugit.* J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 6. *p.* 66. legit: *qui ad hostes in bello transfugit.*

§. 9.

Si is qui emat *ab hostibus*, etc.] D. Goth. *in not.* „*emerat*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph.

§. 10.

Quia ejus naturae sunt, ut sui esse vel consilio, vel aliis modis possint.] Facit huc *L.* 5. §. 3. *h. t.* *L.* 26. *eod.*

L. XX.

§. 1.

Expulsis hostibus ex agris, quos ceperint, etc.] Et retinuerint. Mev. *ad Jus Lubec.* IV. 1. *Art.* 10. *num.* 14. *seqq.* (1).

Publicatur enim ille ager, qui ex hostibus captus sit.] Vid. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 6. §. 11. Cujac. *Obs.* XIX. 7. (2).

(1) Add. Grot. *loc. laud.* III. 9. §. 13.
(2) Add. Jan. a Costa, *ad* §. 17. *Inst. de rer. division.*

§. 2.

§. 2.

Non jus postliminii mutat.] Nec ante reditum tribuit.

L. XXI.

Non cum domino, sed cum marito fuisse declaratur.] Facit huc *L.* 5. *pr. de concubin.* (1).

(1) Praecedit: *et exinde intelligi oportet remissum matri pignoris vinculum.* Graecos hic quaedam adjicere illustrationis caussa; notat Leunclav. *Notator.* II. 122. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1529.

§. 1.

In civilibus dissensionibus, etc.] Vid. Cicer. *pro Ligar.* *Cap.* 9. Facit huc Idem, *ibid. Cap.* 6. et *Catilin.* III. 10. et *pro Domo, Cap.* 26. Idem, *pro Rege Dejotar.* *Cap.* 5. *Discordiis civilibus,* Amm. Marcellin. XIV. *p.* 54. *Dissensionibus* quoque Caesar, *de Bell. Alex. Cap.* 62. Cicer. *in Verr.* V. 58. Arnob. *Adv. Gentes,* III. *p.* 115. Dionys. Halicarnass. *Lib.* II. *p.* 82. διχοστασίαι.

Non tamen in exitium Reipublicae contenditur,] Saepe tamen id inde exstat, aut saltem dominatus et Regna. Cicer. *de Harusp. Respons. Cap.* 25. et *Catilin.* III. 10. Augustin. *de Civit. Dei,* III. 30.

Vice hostium non sunt etc.] Etsi ita saepe dicuntur. Vid. Tacit. *Histor.* II. 41. 43. et alibi. Cassius apud Appian. *Civil.* IV. 1008. *bellum civile* tum demum vult esse, quando utrimque de Principatu est lis.

Quam nulla captivitate amiserant.] Vid. Cujac. *Obs.* XXVI. 2.

L. XXII.

Idemque jus in eadem caussa omnium rerum jubetur esse Lege Cornelia, etc.] Vid. Paul. *in Sent.* III. 4. §. 8.

§. 1.

Vel accipient,] *Vel accipiunt,* Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Et *si vivo patre decesserit*, etc.] *Nec si*, Cujac. *ad L.* 4. §. *si pupilli. de usurp. et usuc.* ob *L. pen. de suis et legit. hered. L.* 8. §. *ult. de castr. pecul.* Dissentit Merill. *Variant. ex Cujac.* III. *ult.* agi volens de casu patris reversi (1): quod verbis Juliani non congruit (2).

In pendenti esset.] *Est*, Rob. Steph. (3).

(1) Seu fingens, filium mortuum esse, dum pater apud hostes erat, et patrem, mortuo filio, rediisse postliminio.

(2) Etiam Voorda, *in not. MSS.* observat, nihil horum, quae fingit Merillius, suggerere verba JCti, et si fingamus, patrem post mortem filii rediisse, coepisse illud, quod filius accepit, utique ad patrem prius, quam ad heredes ejus pertinere, et inepte adeo dicturum JCtum: *ad heredem patris pertinebit.* Neque hoc incommodum satis tollere Merillium, dicentem, si ad heredem patris pertinet, intelligi ad patrem ipsum pertinere. Quapropter praefert emendationem Cujacii: quam probat quoque Pothier. *h. t. num.* 41. Jauch. *de Negation. p.* 186. legit: *et si vivo patre decesserit, ad heredem patrisfam. pertinebit*, id est, filii.

(3) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Conflatum ex *est et*, Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 23. *p.* 91.

L. XXIII.

Idem Lib. LXIX. *Digestorum.*] Junge *L.* 26. *de stat. homin.*

Mox natus filius ejus, uxore ducta, etc.] Vid. *L.* 12. §. 3. *h. t.*

Ac si filius natus *in civitate fuisset.*] *Filio nato*, Jan. a Costa, *ad* §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* (1).

(1) Hal. *ac si is, cum filius nasceretur, in civitate fuisset.* Vid. Geb. *h.* Rucker. *in not. MSS.* ait: „Ego puto nihil mutandum. Debent accipi, quasi scriptum esset: *perinde ac si ei filius natus in civitate fuisset*, id

id est, perinde ac si ei in civitate existenti, filius natus fuisset."

L. XXIV.

Hostes sunt, quibus bellum publice (1) *Populus Romanus decrevit*, etc.] Vid. Cicer. *in Verr.* IV. 55. *Philipp.* IV. 6. Liv. XL. 27. add. Grot. *de Jur. Bell. ac Pac.* I. 3. §. 4.

Caeteri latrunculi vel praedones appellantur.] Vid. Cicer. *de Offic.* III. 29.

(1) Id est, publico ritu indicendi belli. Pothier. *h. t. num.* 5.

L. XXV.

Divi Severus et Antoninus rescripserunt: etc.] Vid. *L.* 1. *Cod. de postlim. revers.*

Quemadmodum *jure postliminii reversus sit:*] *Quemadmodum si*, Rob. Steph.

L. XXVIII.

Si quid bello captum est,] Nunc primum, non receptum (1). *Si quod*, Herald. *Obs. Cap.* 36. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1359.] *et ad Jus Attic. et Rom.* I. 5. Sed sic minus quadrabit nota Pauli. Bynkersh. *Obs.* III. 6. legit: *si, quod bello captum est, in praeda est*, etc. Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 27. *p.* 621. prius *est* delet (2), non recte.

Paulus: Imo, si in bello captus pace facta domum refugit, etc.] Cessante postliminio. *L.* 12. *pr. h. t. Domum.* Al. *demum* (3).

A quo *priore bello captus erat*,] *E quo*, Salmas. *d. loc. p.* 627. male. — Et ergo non est in praeda, etsi in hoc bello nunc primum capiatur.

Si modo non convenerit in pace, etc.] Id est, in legibus pacis. Salmas. ad *Jus Attic. et Rom. Cap.* 27. *p.* 634.

si modo non reverterit in pace, aut *si domum non reverterit in pace.* Pessime.

(1) Add. Chesium, *Interpr. Jur.* I. 29. *num.* 11. *seqq.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 169.

(2) Etiam abest apud Hal. Florentinam tuetur Marckart. *Interpr. rec. Lect.* I. 11. *p.* 71. *seqq.* quem etiam vid. *ibid. Cap.* 10.

(3) Sic Flor. Neutrum pravum, ait Voorda, *in not. MSS.* add. Marckart. *d. loc. p.* 73. *seq. Domum refugit*, in Barb. est. Vulg. *domum rediit.* Vid. Brencm. *h.*

L. XXIX.

Paulus: Imo, etc.] Labeonis esse, quae tribuuntur Paulo, vult Perrenon. *Animadv.* II. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 646.] Perperam, ut puto. (1).

Dum in eo statu esses, possederit:] Vid. *L.* 12. §. 2. *h. t.*

Et eo modo etiam hereditas etc.] Vid. Cujac. *ad L.* 15. *de usurp. et usuc.*

(1) De hac Lege Ant. Fab. *Jurispr. Papinian.* XI. 8. *Illat.* 26.

L. XXX.

Paulus: imo cum servus etc.] Haec longe quaesita, bona tamen. add. Herald. *ad Jus Attic. et Rom.* I. 3. *num.* 4.

TITULUS XVI.

DE RE MILITARI (1).

(1) *De re militari* Dissertatio est Samuelis Fermati, in *Supplem. Thes.* Meerman. *p.* 532. *seqq.*, de qua vid. *Praef. d. Supplem. p.* 8. — *De Jure militari* Librum Singularem edidit Joh. Voet. — *De connubiis militum Romanorum* disseruit Philipp. Matth. Mestre, in Thes. Diss.

Disſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 291. *ſeqq.* — *De poenis militaribus Romanorum* Diſſertationem conſcripſit Gerh. Sichterman, in *eod. Theſ. Diſſ. eod. Tom. p.* 221. *ſeqq.* — *De triplici miſſione militari* Diſſertatio est Wilhelmi Menthen, in Nov. Theſ. Diſſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 149. *ſeqq.* — De *ſtipendiis militum* vid. citatos ſuperius ad *L.* 2. §. 2. *de his qui not. infam.* De iisdem duae ſunt Diſſertationes in *Comm. Acad. Inſcription. Tom.* XLI. *et* XLII. memoratae in Saxii *Onomastic. Part.* VII. *p.* 125. et *Part.* VIII. *p.* 404.

L. II.

Militum delicta, etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 13. *Cap.* 5. *num.* 12. (1).

(1) Ubi de quaestione egit, an milites fori privilegium habeant in criminalibus.

L. III.

Divi Severus et Antoninus reſcripſerunt.] Vid. *L. ult. de accuſation.* (1).

(1) Add. Paganin. Gaudent. *Jurid. Expoſition.* II. 19. in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 581. Explicuit hanc Legem Jac. Lect. *ad Modeſtin. de poen.* in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 153. *ſeqq.*

§. 1.

Poenae militum etc.] De his Langl. *Semestr.* XIII 2. *Gradus dejectio*,] De qua Valeſ. *ad Amm. Marcellin.* XV. 5. *p.* 67. *ſeq.* (1).

(1) De discrimine inter milites *deſertores*, et *emanſores*, ad ſeq. §. 2. *et* 3. vid. et Pagan. Gaudent. *Jurid. Expoſition.* II. 18. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 380.

§. 4.

Is qui exploratione *emanet* etc.] *In exploratione*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. ...

§. 5.

Itaque pro modo delicti aut castigatur, etc.] Tempore Polybii erat capitale. Vid. Polyb. *Lib.* VI. *p.* 671.

§. 6.

Ab excubatione quis desistat,] De hoc crimine Polyb. *loc. modo laud.* (1).

(1) Add. Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposition.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 381. — *Emeritum*, in seq. §. 8., esse commodum, praemiumque veteranis et emeritis praestari solitum, notat Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 14. *p.* 260. add. Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. *num.* 3.

§. 10.

Ad bestiasque,] Vid. Liv. *Epitom. Lib.* LI.

Vel in furcam *damnabitur.*] *Crucem* scripsit Modestinus (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 28. *pr. de poen.*

§. 13.

Miles, qui in bello arma amisit, etc.] Vid. Polyb. *Lib.* VI. *p.* 671. (1).

(1) Sequitur in §. 15. *etiam res bene* gesserit. Al. *cesserit.* Nihil mutat Rad. Fornes. *Rer. quotid.* I. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 145.

§. 16.

Vel fustibus caeditur,] Ad *fustuarium* refert Voet. *de Jur. militar. Cap.* 4. *p.* 207. male. (1).

(1) Ad seq. §. 20. vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 26.

L. IV.

L. IV.

Jure militabit] Non eunuchus. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 40.

§. 2.

Lectus vel dissimulavit,] D. Goth. *in not.* „*lectusve dissimulavit*, Hal.“ Etiam Rob. Steph. (1) bene.

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.* qui id etiam probat. Florentinam tuetur P. Fab. *Semestr.* l. 24. *p.* 258. *lectus vel* scriptum putans pro *vel lectus*, ut et alibi.

§. 3.

Dissimulatio *perpetuum exilium.*] An exciderunt: *insulae relegationis.* Conf. *L.* 4. *de poen.* (1).

(1) Pothier. *h. t. num.* 8. haec ita explicat: „quod si, quum legeretur, dissimulavit se esse relegatum, ita punitur, ut, quum ad tempus duntaxat esset relegatus, perpetuum fiat exilium.“ Incipit §. *Temporarium exilium* etc. Sed Flor. etiam nunc esse: *temporium*, eamque vocem etiam occurrere in *L.* 1. *de abigeis*, notat Brencm. *h.*

§. 4.

Si transactum de futuro (1) *sit*,] *De fama*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 73. *error.* 9. circa fin. (2).

(1) Id est, de infamia futuri temporis, Pothier. *h. t. num.* 8.
(2) Probante Voorda, *in not. MSS.*

§. 5.

Sed ut accedente caussa militiae audiendus, etc.] Id hic speciale. Rittersh. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 65. D. Goth. *in not.* „*Sed ubi accedente* etc. Vulg. Hal.“ Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Rhed. *sed ubi ignominia missus* etc. et intermedia: *accedente* etc. absunt. Vid. Geb. *h.* Pothier. *h. t. num.* 8. sensum esse ait: „Sed etsi jam caussa dici

coepta fit apud Judicem, coram quo postulatus est, nihilo minus fuper eodem crimine audiendus est apud judicem militarem, *accedente caussa militiae*, i. e. cum ex militia accesserit nova caussa mutandae jurisdictionis: vel, ut alii volunt, accedente huic crimini, de quo jam postulatus est, hoc novo crimine, quod reus postulatus nomen militiae dederit."

§. 7.

Inter milites non funt recipiendi.] Vid. Plin. *Epistol.* VI. 31.

§. 8.

Ut fub obtentu militiae pretiofiorem *fe adverfario faceret:*] D. Goth. *in not.* „*praecifiorem*, Hal. etc." addidit S. v. L. „Al. *fpeciofiorem*. Salmafius, *gratiofiorem* (1)." *ad Jus Attic. et Roman. Cap.* 21. *p.* 420. *feqq.* Sed an fit talis *adverfario? Pertaefiorem*, Jac. Gothofred. *ad L. unic. Cod. Theod. de his qui potent. nom. in lit. praetend.* [*Tom.* I. *p.* 178.] Pro Vulgata ftat Pricaeus, *ad Luc.* VII. 2. (2).

Nec tamen facile indulgendum est extra ordinem judicationis, qui negotium ante habuerunt: fed fi in transactione recidit (3), *indulgendum est.*] *Nec tamen facile indulgendum est* (fcil. ne exauctorentur) *iis, qui negotium ante habuerunt: fed fi quis extra ordinem judicationis transactione decidit, indulgendum est*, legit Gronov. *Obs.* II. 6. *Indulgendum est — judicationem his, qui* etc. Pith. *ad Collat. LL. Mof. et Rom. Tit.* 14. §. 3. *not.* 12. Vid. ad *L.* 19. *in fin. de novation.* De re Juven. *Satyr.* XVI. *vs.* 48. Salmafius, *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 21. haec explicat male: ut et Herald. *Obs. Cap.* 22. [in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 1335.] (4).

Sed fi in transactione *recidit*,] D. Goth. *in not.* „*in transactionem*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. *Sed fi id transactione decidit*, Salmaf. *loc. cit. p.* 426. Aliter Herald. *d. loc.* (5).

Non

Non utique infamis erit:] Ut nec in casu *L.* 2. §. 2. *in fin. de his qui not. infam.*

(1) Ita scripsisse Menandrum putat, sed Tribonianum, aut imperitum Librarium, pro eo reposuisse: *pretiosiorem. Speciosiorem*, Herald. *loc. cit.* quod non improbat Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 287.
(2) Vid. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de jurisdiction.* §. 16. Etiam Voorda, *in not. MSS.* nihil mutandum censet, et *pretiosiorem* hic esse *magis potentem.* add. Gronov. *in Lection. Plautin. p.* 93. et *Obs. in Scriptor. Ecclesiastic. Cap.* 2. *p.* 26. Reinold. *Varior. Cap.* 36. etiam Nic. Catharin. *Obs. et Conject.* IV. 22. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 794. Sed haesitat Duker. *ad Opusc. de Latin. Vet. JCtor. p.* 427. *not.* 16.
(3) Flor. *reccidit.* Vid. notata superius ad *L.* 41. §. 2. *de evictiòn.*
(4) Add. Reinold. *loc. modo laud.*
(5) *Sed si in transactionem res recidit*, Pithoeus, *loc. laud.* Vid. et Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 145. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1256. et Pothier. *h. t. num.* 10.

§. 9.

Legive passi sunt,] D. Goth. *in not.* „*Legive se passi*, Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Florentinam probat Reinold. *Varior. Cap.* 40.

§. 10.

In servitutem redigebantur:] Vid. Cicer. *pro Caecin. Cap.* 34. et apud Hebraeos graviter coërciti. Vid. Cunaeus, *de Republ. Hebraeor.* II. 21.

Quia plerumque voluntario militi etc.] *Milite*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. Taurell. *militi.* Vid. Brencm. *h.*

§. 11.

Qui enim se sollicitavit ab alio,] *Sollicitari ab alio passus est* (1), edit. 1652. bono sensu, sed sine auctoritate.

(1) Sic etiam Hal.

§. 12.

Eum, qui filium debilitavit, delectu per bellum indicto, etc.] D. Goth. *in not.* „Hujusmodi belli refugas *murcos* appellat Innocentius, etc. et Amm. Marcell." *p.* 106. ubi vid. Lindenbrog. Addit Gothofred. „pollicem sibi praecidit. Vid. Cujac. *Obs.* XXV. *ult.*" add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 3. et Jac. Gothofred. *ad L.* 5. *Cod. Theod. de tironib.* [*Tom.* II. *p.* 376. *seq.*] Cur. Fortunatian. *p.* 40. (1). Aliud de pollice praeciso apud Quinctil. *Inst. Orat.* VIII. 5. [*p.* 722. ed. Burm.]

(1) Add. Torrent. *ad Sueton. in August. Cap.* 24.

§. 13.

Ut is inter remansores *haberetur,*] *Emansores*, Rob. Steph. (1).

Nec interest, cui se offerat, vel a quo *deprehendatur.*] *Verum a quo* legit Noodt. *Probab.* II. 10. (2) ob *L.* 13. §. *ult. L.* 5. *pr.* §. 3. *et* 4. *h. t.* Vereor, ne in praecedentibus aliquid exciderit. Hic de *emansoribus* agi videtur. Facit huc §. *seq.* Aliter Notator Noodtii (3), qui multa habet ἀπροσδιόνυσα. Si ante: *ut is inter emansores haberetur*, insereretur: *qui non diu*, vel simile, omnia essent clara: et aliter sane refert et in *desertore*, an se offerat. *L.* 5. *pr. et* §. 4. et *L.* 13. *in fin. h. t.*

(1) Etiam Hal. Vulg. et MSS. Vid. Brencm. *h.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 426. *not.* 14.

(2) Add. Reinold. *ad Mercer. Conciliator. not.* 57. *p.* 57.

Ali-

Aliter Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 24. *p.* 82. *seq.* et Pothier. *h. t. num.* 25.

(3) Scil. Waechtlerus: quem vid. *in Opuscul. p.* 273. *seqq.*

§. 15.

Examinantur autem caussae etc.] Vid. *L.* 14. *pr. h. t.*

L. V.

Non omnes desertores similiter puniendi sunt, etc.] Olim et virgis caesi et venditi. Liv. *Epitom. Lib.* LV. (1).

(1) Ad seq. §. 1. vid. Sichterman. *Diss. laud. Cap.* 14. *p.* 286.

§. 5.

Desertor, si in urbe *inveniatur*, etc.] Romae. Non bene Voet. *de Jur. militar. Cap.* 4. *p.* 191. (1).

(1) Sequitur in §. 5. *Item eum, qui* in praesidio *captus est*, etc. Cujacius, *Obs.* VI. 26. legit: *in profugio.* add. Pothier. *Tit. ad L. Jul. maj. num.* 4. Sed secundum Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 21. *p.* 125. proba recta est vulgaris Lectio, si quae de *praesidio* dicuntur, accipiamus de *praesidio hostium*, uti ea etiam accepisse videntur Graeci. add. Duker. *ad Liv.* XXXVIII. 11. §. 4.

§. 6.

Si remansor, *aut negligens suorum*, etc.] D. Goth. *in not.* „*emansor*, Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Sequitur in §. 7. *et praemia et emeritum capit.* Haec distinguit Torrent. *ad Sueton. in August. Cap.* 24. et Stewech. *in not. ad Veget.* II. 20. Sed vid. Menthen. *Diss. supra laud. Cap.* 3. §. 4. *p.* 179. *seq.*

§. 8.

Et tamen, pollicenti ea, nihil promitti (1) *oportere.*] Non recte haec accipit Voet. *de Jur. militar. Cap.* 4. *num.* 21. *p.* 185.

(1) Flor. *permitti*, et sic etiam Hal. et Charond.

L. VI.

§. 2.

Contumacia omnis etc.] Modo jubeantur honesta, non si turpia. Quinctil. *Declam.* 3.

§. 3.

Qui in acie prior fugam facit, spectantibus militibus etc.] Ita hic locus interpungendus. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 17. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 297. *seq.*] add. D. Goth. *in not.* (1).

Capite puniendus est.] Vid. Amm. Marcellin. XXIV. 3. *p.* 396. ibiq. Comm.

(1) Et Ant. Fab. *Jurispr. Papinian.* XI. 8. *Illat.* 21.

§. 5.

Qui metu hostium languorem *simulavit*,] D. Goth. *in not.* „id est, *litem.*" Imo, *morbum.* (1).

(1) Sequitur: *in pari caussa eis est.* Hal. *in pari cum eis caussa est.* Rehd. *in pari ejus caussa est.* Vid. Geb. *h.* Sed Graecismum esse, docet Scip. Gentil. *Parerg.* I. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1279.

§. 7.

Vel alias mortem sibi conscivit,] Quantum in ipso fuit (1).

Sed ignominia *mittatur*,] Pro *cum ignominia.* Nerius, *Analector.* I. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 533.]

(1) Add. de hoc §. Bynkersh. *Obs.* IV. 4. — Sequitur in §. 8. *in pari caussa* factori *habendus est.* Vid. ad praec. §. 5 — Ad seq *L.* 7. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 296. *seqq. Proditores* et *transfugas* saepe apud auctores conjungi, docet Cujac. *Obs.* XXVII. 8.

L. IX.

L. IX.

Milites prohibentur praedia *comparare* etc.] *Rustica.* *L.* 13. *pr. h. t.* (1).

Praeterquam si paterna eorum Fiscus distrahat:] Hic non metuitur, ne nimis vili pretio emant. Jac. Gothofred. *ad L. omnis. Cod. Theod. de his quae administr.* [*Tom.* II. *p.* 671.] Sed vid. *L.* 13. *h. t.*

Si delatus fuerit:] Scil. miles. vid. *d. L.* 13. *pr.* D. Goth. *in not.* „*si delatum*, Hal." Etiam Rob. Steph.

(1) Sequitur: *in quibus militant.* Ita Vulg. et recte. Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXII. §. 2. Flor. *militiam.* — Sequitur in *L.* 10. §. 1. *stipendium et donativa.* Haec differunt a *congiario.* Vid. Goldast. *ad Dositheum*, *Lib.* III. §. 11. *not.* 86. in Jurispr. antejustin. Schulting. *p.* 869.

L. XI.

Ab omni militia servi prohibentur, etc.]. Vid. *L.* 29. *de liber. causs.* Plin. *Epistol.* X. 38. *seq.* add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 40. (1). *Servi.* Et alii, de quibus *L.* 8. *Cod. Theod. de tironib.* [*Tom.* II. *p.* 383.]

(1) Et Grotium, *in Flor. Spars. p.* 287. *seq.*

L. XII.

Sed etiam in observanda disciplina etc.], Hac praecipue res Romana floruit. Quinctil. *Declam.* 3. [*p.* 71. ed. Burm.] (1).

(1) Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 300. *seqq.* — Sequitur in §. 1. *nam in disciplina Augusti* etc. Vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 1. §. 25. et *Sect.* 4. §. 8. *not. q.* et de *Taruntteno Paterno* Idem, *ibid.* III. 2. *Sect.* 5. §. 11. add. De la Rue, *Amoen. Jur. Obs. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1514.

§. 2.

§. 2.

Ad exercitationem producere,] De qua Quinctil. *loc. modo laud.* add. Salmas. *ad Lamprid. in Alex. Sever. Cap.* 53.

Frumentum probare,] Quod interdum ipsi Principes fecere. Amm. Marcellin. XXI. *in fin. p.* 293. ubi Vales. (1).

Querelas commilitonum audire,] Vid. Langl. *Semestr.* II. *ult.*

(1) Sequitur: *principiis frequenter interesse.* Vid. ad haec Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 27. et Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *principium, num.* 2.

L. XIII.

In quas propter proelii caussam venerunt,] Id est, belli (1).

(1) Ad verbum *comparare* vid. Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1454.

§. 1.

Inquietari prohibetur.] Vid. *L.* 9. *h. t.* (1).

(1) Ad seq. §. 3. conf. notata superius ad *L.* 2. §. 2. *de his qui not. infam. not.* 7. Pro *ignominiosa caussa est,* JCtum forte scripsisse *ignominiosa, ignominiae caussa est,* conjicit D'Arnaud. *Var. Conj.* I. 12. *p.* 82. Quid opus? Rejicit etiam emendationem D'Arnaudtii Gul. van Valen, *Diss. de Quibusd. Jur. locis, Cap.* 4. Lugd. Batav. 1743. Pro *nihilo minus,* in *fin.* §., Ant. Augustin. *Emend.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1441. legit: *nihilo magis.* Male, et damnatur quoque a Jauch. *de Negation. p.* 108.

§. 4.

Si vitem tenuit,] Vid. Plin. *Hist. Nat.* XIV. 1. (1) ubi Harduin. Quinctil. *Declam.* 3. [*p.* 67. ed. Burm.] Meminit caesorum vite vel fuste Liv. *Epitom. Lib.* LVII.

(1)

(1) Locum refert Grotius, *in Flor. Sparf. p.* 288. add. Conft. Land. *Exercitation.* in Thef. Otton. *Tom.* III. *p.* 1434. Eman. Soarez. a Ribeir. *Obs.* I. 10. in Thef. Meerman. *Tom.* V. *p.* 577. Goldast. ad Dofitheum, *Lib.* III. §. 13. *not.* 112. in Jurispr. antejustin. Schulting. *p.* 872. Late de hoc §. Puttman. *Probab.* II. 18. *p.* 139. *feqq.*

§. 5.

In numero defertorum non computandum,] *Computandam*, Flor. (1).

(1) *Computandum*, Hal. Pro *fugam*, in *pr.* §., legendum: *refugam*, putat van de Water, *in not. MSS.*

§. 6.

Ne videatur, *inquit*, *pater ad* fupplicium *obtuliſſe.*] D. Goth. *in not.* „ *ad fupplicium filium*, Hal." Etiam Rob. Steph. (1).

(1) Ita quoque Vulg. et Flor. fuppletum. Vid. Brencm. *h.* add. de hoc §. Wisfenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8.

L. XIV.

Habetur tamen ratio dierum, etc.] Vid. *L.* 4. §. *ult. h. t.*

§. 1.

Armorumque custodi plerumque etc.] *Praefectum armamentarii* intelligit Raevard. *Conjectan.* I. 9. nimis ftricte.

L. XV.

Quod (1) *in defertione fuerit*, impendiis *expungitur*,] D. Goth. *in not.* „ *ftipendiis*, Hal. Vulg." Etiam Rob. Steph. (2). Dicebantur olim *aere diruti.* Langl. *Semestr.* XIII. 2. *p.* 776. *feq.*

Omnia ftipendia circa temporis finem *redduntur.*] Id est, diftinctionem.

(1)

(1) *Quo—fuit*, Hal. quem probat Panciroł. *Thes. Var. Lection.* II. 146. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1257. Sed non opus. Vid. Heinecc. *in Praef. d. Tom.* II. *p.* 15. Sequitur: *neque desertorem fuisse* etc. *Neque* pro *et non*, Curt. Εἰκαςῶν, IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 266.

(2) Et sic quoque hunc locum refert Torrent. *ad Sueton. in Claud. Cap.* 15. *Stipendiis* legit quoque Panciroł. *loc. cit.* et probat Heinecc. *d. loc.*

L. XVI.

§. 1.

Miles turbator pacis etc.] De hoc crimine Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 15. (1).

(1) Inserta haec Lex est *Sententiis Pauli*, *Lib.* V. *Tit.* 31.

TITULUS XVII.

DE CASTRENSI PECULIO (1).

(1) De quo Jos. Fern. de Retes, *Opusc. Lib.* V. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 440. *seqq.* et Majans. *Disp.* XIV.

L. I.

Ulpianus *Lib.* XIV. *ad Edictum.*] Agens de *hereditatis petitione.*

Pater ipsi heres non fit:] Nec universaliter vindicari potest: in quo errat Zoes. *ad Tit. Pand. de reivindic. num.* 42. Est enim peculium, quale hoc est, universitas rerum, non juris.

Sed tamen heres iis fiet, etc.] Add. *L.* 53. *de adq. rer. dom. L.* 2. *h. t.*

L. II.

L. II.

Idem Lib. LXVII. *ad Edictum.*] De *interdictis* agens.
Bona ejus non quasi hereditas, *sed* quasi peculium *patri deferuntur:*] Haec quantum distant, vid. apud Ranchin. *de Succession. ab int.* §. 11. *num.* 3. [in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 211.] Hodie hoc mutatum, et castrensia ad instar hereditatis deferuntur. Vinn. *ad pr. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.* (1). Dissentit Theoph. *in Paraphr. ad d. pr. Inst.* et alii.

(1) Add. Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 1. §. 7. *not.* 85. Walch. *ad Hoppii Comm. ad d. pr. Inst.* Voord. *Interpr.* II. 14.

L. III.

Si mulier filio viri militi, etc.] Casum forma ex Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 23. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 228.] et Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 98. *et* 542.

L. V.

Ulpianus Lib. VI. *ad Sabinum.*] De filiisfam. et servis heredibus institutis agens.

L. VI.

Idem Lib. XXXII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 1. 3. 5. 7. (1). 9. 11. etc. *de donat. int. vir. et uxor.*

(1) In cujus inscriptione pro *Lib.* XXXI. Hal. habet: *Lib.* XXXII. Vid. Geb. *ibid.* Sequitur: *quia uxor et* non *propter militiam nota esset.* Negationem detraxit Hal. Male. Vid. Jauch. *de Negation. p.* 108. qui pro *nota esset* legendum putat: *donasset.*

L. VII.

Idem Lib. XXXIII. *ad Edictum.*] Agens de *repetitione dotis* matrimonio soluto.

L. VIII.

Idem Lib. XLV. *ad Edictum.*] De *testamento militis* agens.

An vero *castrensis notitia*, etc.] *Vera*, Rob. Steph. (1).

(1) D. Goth. *in not.* „ *An vera.*" Ita Hal. Rehd. *an vere*, sed ex correctione Florentinae, ut putat Geb. *h.*

L. IX.

Sed non esse ab eo profectum creditur.] Id est, sed semper ejus fuisse (1). *Profectum*, id est, alienatum. Vid. *L.* 2. §. 5. *de reb. cred.*

(1) Add. Fab. *Jurispr. Papinian. Tit.* XI. *Princ.* 6. *Illat.* 12. *p.* 568. — Sequitur in *L.* 10. *Ex nota Marcelli constat*, etc. Haec non esse Pomponii, sed Triboniani, notam Marcelli ad Pomponium referentis, sunt qui putent, in quibus etiam est Noordkerk. *Obs. Cap.* 2. *p.* 54. Sed vid. M. Tydeman *Diss. de Ulp. Marcello*, III. 2. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 82.

L. XII.

Quod nec in familia retento potest auferre.] D. Goth. *in not.* „ Imo, potest. *L.* 4. *in fin. de exc. dol.*" Non obstat.

L. XIII.

D. Hadrianus rescripsit etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. L.* 16. *h. t.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 16. *not.* 1. et Pothier. *h. t. num.* 4.

L. XIV.

Idem Lib. XXVII. *Quaestionum.*] Junge *L.* 18. *de stipul. servor.*

§. 1.

Cum in (1) *illo tempore non fuerit servus patris:*] Nec

hic

hic ita tempus retrotrahitur, ut in hereditate.

Sed paterna verecundia nos movet, etc.] Haec notam esse Ulpiani, vult Cujacius, *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.* ob *L.* 33. *de adq. rer. dom. L.* 9. *h. t.* quod tamen nolim adfirmare (2).

(1) Tò *in* abest a Vulg. et Hal. Vid. Brencm. *h.*
(2) Triboniani esse hanc clausulam, putat Ant. Fab. *Jurispr. Papinian.* XI. 6. *Illat.* 17.

§. 2.

Patri tunc primum *per servum adquiretur:*] Cum occupat peculium. Ratio *L.* 26. *de stip. servor.*

Jus patris hodie *non consideraretur.*] Sed jam ab initio quaesitum crederetur. Aliud visum Ulpiano *L.* 33. *de adq. rer. dom. L.* 9. *h. t.* Cujac. *loc. modo laud.* (1).

(1) Add. Pothier. *Tit. de adq. rer. dom. num.* 75.

L. XVI.

Idem Lib. XIX. *Responsorum.*] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* (1).

(1) In seq. *L.* 18. §. 4. verb. *ut caeterorum* filiorum *nomine*, Cujac. *Obs.* XXII. 3. vocem *filiorum* delet, et subintelligendum putat: *bonorum*, probante Voorda, *in not. MSS.* Vocem *filiorum* abundare, notavit quoque Pothier. *h. t. num.* 10.

L. XIX. (1).

(1) Ad hujus Legis *pr.* vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 234.

§. 2.

Quod jus iste non habuerit,] *Habuit*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. — Ad seq. §. 3. vid. Fab. *Jurispr. Papinian. Tit.* XI. *Princ.* 6. *Illat.* 12. *p.* 568. et Majans. *Disp.* XIV. *supra laud.* §. 29.

§. 4.

Non tamen si ut heres etc.] *Ut herus*, Cujac. *ad L.* 2. *in fin. de his quae ut indign.* (1). quod non probo.

(1) Sed *Obs.* X. 16. *ut heres* interpretatur: *ut dominus*. Cujacium probat Pothier. *h. t. num.* 14. Ad verba: *vindictam servo imposuit*, vid. G. Forner. *Selection.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 12.

§. 5.

Non tam facile est dicere, etc.] Ut cum intestatus moritur.

Imaginem successioni *praestiterit:*] D. Goth. *in not.* „*successionis*, Vulg." et Rob. Steph.

Alioquin, etsi *adita sit* etc.] Corp. Gloss. *alioquin et si* etc.

Si *in pendenti*,] D. Goth. *in not.* „*nisi*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. rectius (1).

Secundum quod difficile erit etc.] Si in pendenti est.

An id ad ipsum pertineat,] Pertineret juxta opinionem Papiniani. *L.* 14. §. 2. *h. t.* Aliter ex Ulpiani mente. Vid. ad *d. L.* 14. et Cujac. *ad L.* 18. *in fin. de stip. servor.*

(1) Add. Fab. *Jurispr. Papinian. Tit.* XI. *Princ.* 6. *Illat.* 12. *p.* 571.

L. XX.

Videndum est, numquid ei comparari debeat, etc.] Vid. Fab. *Jurispr. Papinian. Tit.* XI. *Princ.* 6. *Illat.* 12. *p.* 575.

TITULUS XVIII.

DE VETERANIS.

De privilegiis veteranorum, Rob. Steph. Etiam Vulg. Vid. D. Goth. *in not.*

L. II.

L. II.

Nec labefactatur, si quis eorum etc.] Vid. *L.* 2. *Cod. de his qui sponte publ. mun. subeunt.* (1).

(1) Add. Freher. *Parerg.* I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 887 — Sequitur in §. 1. *et patrimoniorum onera solennia.* Quae haec fuerint vid. apud Brisson. *Select. Antiq.* III. 11.

L. IV.

§. 1.

Sed et naves eorum angariari *posse* (1),] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de navib. non excusand.* [*Tom.* V. *p.* 113.]

(1) *On peut mettre l'embargo sur leurs barques*, explicat Pothier. *h. t. num.* 3. Secundum Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 30. *angariare* vox Persica est, idem valens, quod *cogere.* add. Jac. Gothofred. *ad L.* 4. *Cod. Theod. de cursu public. Tom.* II. *p.* 532. et *ad L.* 4. *Cod. Theod. de navicular. Tom.* V. *p.* 68. *seq.* et Otton. *de Tutel. Viar. Part.* II. *Cap.* 6. *p.* 397.

L. V.

§. 2.

Sed Veterani, qui passi sunt in Ordinem (1) *legi, muneribus* (2) *fungi coguntur.*] Vid. *L.* 2. *Cod. de his qui sponte publ. muner. subeunt.* Freher. *Parerg.* I. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 887.]

(1) *Decurionum*, Freher. *d. loc.*
(2) Quibus obnoxii sunt Decuriones. Pothier. *h. t. num.* 2.

LIBER QUINQUAGESIMUS.

TITULUS PRIMUS.

AD MUNICIPALEM (1), ET DE INCOLIS.

De *Coloniis Latinis*, Ez. Spanhem. *Orb. Roman. Exercit.* I. *Cap.* 8. De *Coloniis Civium Romanorum* Idem, *ibid. Cap.* 9. *seqq.* De *municipiis* Idem, *ibid. Cap.* 12. *seqq.* Subinde haec nomina confusa, Idem, *ibid. Cap.* 12. *p.* 91. Omnes urbes Italiae dictae *municipia* post civitatem cum iis communicatam, Idem, *ibid. Cap.* 12. eaque etiam aliis data, civitates passim ita dictae. Idem, *ibid. Cap.* 15. *p.* 106. *seq.* (2). De iisdem Manut. *de Civit. Roman. p.* 20. parcius. Turneb. *Adversarior.* I. 11. Sigon. *de Jure Ital. Lib.* II. Otto, *de Aedilib. Colon. et municip. Cap.* 1.

(1) *Ad municipales* legit Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* et *Obs.* IX. 37. intelligens *municipes*. *Ad municipales* legit quoque Voorda, *Elector. Cap.* 24. sed subintelligit *Leges*. D. Goth. *in not.* „ *ad municipalem*, scil. *Legem*. etc." Ita etiam Fopp. ab Aezem, *Diss. Jur. Civ.* II. 24. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 836. Grot. *in Flor. Spars. p.* 291. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 1, G. Forner. *Selection.* I. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 22. Schulting. *ad Paul. Sent. Tit. ad municipalem*, *not.* 6. in *Jurispr. antejustin. p.* 214. Otto, in *Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 12. et *de Aedil. Colon. et Munic. Cap.* 1. §. 4. Rucker, *in not. MSS.* Pothier. *ad Inscript. h. t.* Gluck, *ad Tit. de Legib.* §. 82. *p.* 424. *not.* 20. — *De Civibus*, *municipibus*, *incolis*, Poncet. in Supplem. Thes. Meerman. *p.* 440. *seqq.* *De Aedilibus municipalibus* Brisson. *Sel. Antiq.* III. 10. ubi etiam alii laudantur a Trekell. *De Jure et Jurisdictione municipio-*

piorum Dissertatio est Joh. Wasteau, in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 235. *seqq.* De *municipiis*, *Coloniis*, cet. Heinecc. *in Antiq. Rom.* in *Append. Lib.* I. §. 119. *seqq.* ad quem locum etiam alios laudavit Haubold. *in Epicrisi.*

(2) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 6. §. 2. *not.* 12.

L. I.

Ulpianus Lib. II. *ad Edictum.*] De *modo jurisdictionis Magistratuum Municipalium* agens.

§. 1.

Et proprie quidem municipes appellantur muneris participes,] Vid. Ez. Spanhem. *Orb. Roman. Exercit.* I. *Cap.* 12. (1).

Ut puta Campanos,] Id est, *Capuenses.* Vid. *L.* 9. §. 5. *quod met. causs. L.* 50. *de contrah. emtion.* Jac. Gothofred. *ad L. ult. Cod. Theod. de eq. Curul.* [*Tom.* V. *p.* 444.] Cicer. *de L. agrar. contra Rullum*, II. 32. *et* 35. Otto, *de Aedil. Colon. et Municip. Cap.* 1. §. 5. *p.* 39.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent. loc. modo laud.*

§. 2.

Nisi forte privilegio aliquo materna origo censeatur, (1)] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 51. *Cod. Theod. de Decurionib.* [*Tom.* IV. *p.* 413.]

Ut puta Iliensibus etc.] Vid. Jac. Gothofred. *d. loc.* [*p.* 414.]

Etiam Delphis etc.] Vid. Jac. Gothofred. *d. loc.*

Celsus etiam refert, Ponticis etc.] Vid. Jac. Gothofred. *d. loc.*

(1) De hac locutione vid. notata superius ad *L.* 1. §. 3. *de just. et jur. not.* 3.

L. II.

Idem Lib. I. *Disputationum.*] Pertinet magis ad seq. Titulum.

§. 5.

Si et fidejussores solent etc.] Pro Decurione dati.

L. III.

Idem Lib. XXV. *ad Sabinum.*] An, *Lib.* XXVI? ubi de *patria potestate* egit (1).

(1) Sequitur in *L.* 5. *qui pluribus locis* ex aequo *negotiatur*, id est, non magis uno, quam alio loco. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 74. *p.* 366.

L. VI.

§. 1.

Filius civitatem, ex qua pater ejus etc.] Nec quod apud hostes pater ejus est, mutat jus. *Consil. JCtor. Batav.* III. 52.

§. 2.

Ut non ideo minus apud alteros *se collocasse videatur.*] Vid. Fab. *Cod.* I. 2. *Def.* 45. *Utrosque* explicat Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de fid. test. et instrum.* [*Tom.* IV. *p.* 336.] non recte.

L. X.

Simile privilegium etc.] *Hypothecae.* Matth. *de Auctionib.* I. 19. *num.* 58. (1).

Nisi nominatim id a Principe *datum sit.*] Vid. tamen *L.* 37. *de reb. auctor. Judic. possid.* Mev. *ad Jus Lubec.* III. 1. *Art.* 12. *num.* 14. *seqq.*

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8.

L. XI.

Honore deposito:] Vid. *L.* 15. §. 1. *h. t.* (1).

(1)

(1) De *Lentulo Vero*, cujus hic mentio fit, vid. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 34.

L. XII.

Et ei contra nominati *Collegam* etc.] *Nominati* a mala manu esse, censet Cujac. *Obs.* XIII. 14. (1) sed non firmis argumentis, et est Lex ex alio Libro, ac praecedens, ideoque fieri potest, ut ita fuerit scriptum. *Et ei, qui nominavit, contra Collegam* etc. Rob. Steph. (2).

Actionem utilem] Qualis *L.* 1. §. 13. *de tutel. et ration. distrah.*

Non oportet.] *Non* abest a Rob. Steph. male. (3).

(1) Add. Pothier. *Tit. de adm. rer. ad civit. pertin. num.* 20.
(2) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(3) Add. Jauch. *de Negation. p.* 197.

L. XIV.

Municipes intelliguntur scire, etc.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 6. *Def.* 18. Quinam pro talibus jurant, Mev. *Decision. Part.* III. *Dec.* 54.

L. XV.

§. 1.

Si finito magistratu etc.] Vid. *L.* 11. *h. t.* (1).

(1) In *pr.* pro *minoribus vero*, quam *Leges permittunt*, M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcello*, II. 2. §. 2. *not.* 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 74. legit: *minoribus vero*, quas *Leges permittunt.* Sequitur: *cum facti quidem quaestio* etc. Ad haec provocare Marcianum in *L.* 1. §. 4. *ad SCtum Turpil.* notat Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 11. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. Poster. p.* 157. add. notata superius *ad d. L.* 1. §. 4. — Ad seq. §. 3. vid. Herm. Cannegiet. *Obs.* II. 18. *p.* 216. et ad seq. *L.* 16. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 352. *seqq.*

L. XVII.

§. 5.

Sola ratio possessionis etc.] Vid. *L.* 52. *Cod. Theod. de Decurion.* [*Tom.* IV. *p.* 415.] ibiq. Jac. Gothofred.

§. 9.

In adoptiva familia susceptum,] Id est, *natum.* (1).

(1) Sequitur: *exemplo dati*, id est, ejus, qui ipse datus est in adoptionem. Pothier. *h. t. num.* 8.

§. 12.

Ceterum pristinam interim dignitatem retinent.] Vid. *L.* 1. *Cod. Theod. de exhib. et transmitt. reis* [*Tom.* III. *p.* 28.] ibiq. Jac. Gothofred. Suspenduntur tamen interdum ab officii exercitio. Sand. *Decision.* V. 10. *Def.* 5.

§. 13.

Sola domus *possessio*, etc.] Vel agri, etsi quis ibi crebro reperiatur. Mev. *Decision. Part.* IV. *Dec.* 256. (1).

(1) Ad seq. *L.* 19. vid. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 385. *seqq.*

L. XX.

Sicut in his exigitur, etc.] Sic Rob. Steph. (1).

(1) Al. *perspicitur.* Vid. D. Goth. *in not.*

L. XXI.

§. 1.

Non etiam in usuras.] Vid. *L. ult. pr. de adm. rer. ad civit. pertin.* (1).

(1) De *curatoribus frumento comparando*, quorum mentio in *pr. h. l.*, vid. Otton. *de Aedil. Colon. et Munic. Cap.* 10. §. 1. — Sequitur in §. 2. *Hoc responsum et ad eum pertinet*, etc. Hanc notam non esse Pauli,

li, fed ab incerto adjectam, non male conjicere Cujacium, *ad Libb. Paul. Resp. in expl. h. l.*, ait van de Water, *in not. MSS.*

§. 4.

Sed si ad munera municipalia a certo (1) *modo substantiae vocantur*,] Ut apud Plin. *Epistol.* I. 19.

Dotem non debere computari.] Vid. Merill. *Obs.* II. 25.

(1) *Accepto modo*, Hal. et Vulg. Sed Florentinam Bafilic. confirmare, notat Brencm. *h.* Suus quidam Decurionum cenfus legitimus erat. Jac. Gothofred. *ad Liban. Orat. de Patrocin.* §. 5. *not.* 16. *Oper. minor. p.* 566.

§. 5.

Quo minus crimen intra ftatutum tempus *perfequeretur*,] Olim *annum. L. 7. pr. de mun. et honor.* ubi vid. D. Goth. Mutatum id hic a Triboniano. Cujac. *Obs.* I. 8. (1). Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. ut intra annum crim. act. termin.* [*Tom.* III. *p.* 282.]

(1) Disfentit Hotoman. *Obs.* XIII. 8.

§. 6.

Quem Decurionem esse voluisti,] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. 7. Cod. Theod. de Decurionib.* [*Tom.* IV. *p.* 570.] (1).

Cum ad ea quae mandari non (2) *posfunt*, etc.] Nemo fcil. intelligitur ea velle, quae fieri nequeunt. Cyriac. *Controv.* 438. *num.* 91.

(1) De infantibus curiae adfcriptis etiam Otto, *de Aedil. Colon. et Munic. Cap.* 5. §. 5. *p.* 157.
(2) Legendum: *quae mandari posfunt*, ut Flor. et in aliis etiam editt. Goth.

§. 7.

Idem refpondit,] Sic recte. Perrenon. *Animadv.* I. 16.

[in

[in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 613.] *Iidem rescripserunt*, Cujac. *Obs.* II. 23. non bene.

Si civitas nullam propriam Legem habet de adjectionibus admittendis,] Uti habet Fiscus. *L.* 4. *Cod. de fid. et jur. hast. fisc.* Matth. *de Auctionib.* II. 2. *num.* 3. *L.* 1. *Cod. de vend. reb. civit.*

Tempora enim adjectionibus praestita etc.] D. Goth. *in not.* „ Al. *praestituta.*" Sic Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Rehd. et Taurell. in margine. Vid. Geb. *h.* add. notata superius ad *L.* 52. *de judic. not.* 2.

L. XXII.

Liberti paterni et patroni *manumissoris*] An, *liberti, patris, et paterni manumissoris* (1): aut sensus est falsus.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent. Tit. ad municipalem*, §. 1. *not.* 6. in *Jurispr. antejustin. p.* 214. Pothier. *h. t. num.* 5. *liberti paterni manumissoris.* Aliter Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 7. §. 5. *p.* 222.

§. 1.

Sed utrumque aliis intervenientibus nuptiis permutatur.] Vid. *L.* 13. *Cod. de dignitatib.* (1).

(1) Sequitur in §. 2. *ubi ipsi domicilium sua voluntate* tulerunt. Forte legendum: *contulerunt*, ut *L.* 239. §. 2. *de verb. sign.* notavit van de Water.

§. 5.

Quoque (1) *tempore nati, nataeve*,] Id est, *quocunque.* Vid. ad *L.* 11. *Cod. de dignitatib.* (2).

Licet municipalem retineant dignitatem.] Vid. ad *L.* 23. *h. t.*

(1) *Quoquo* legit Burman. *ad Sueton. in August. Cap.* 1.
(2) Ad quam quae adscripsit Schultingius, supra jam retuli ad *L.* 5. *de Senator. not.* 4. add. Schulting. *ad Paul. Sent. Tit. ad municipalem*, §. 6. *not.* 8. in *Jurispr. antejustin. p.* 214. Sequitur: *itemque nepotes.*

Rec-

Recte Cujac. *ad L.* 8. *Cod. de incol.* addere: *et neptes*, notat Schulting. *d. loc. not.* 9.

§. 6.

Senatores, qui liberum commeatum, etc. *impetraverunt*,] Non enim pro lubitu ab urbe abesse poterant. Lips. *ad Tacit. Annal.* XII. 23. Jac. Gothofred. *ad L.* 9. *Cod. Theod. de Decurionib.*

§. 7.

Qui foenus exercent, omnibus patrimonii intributionibus fungi debent,] Vid. *L. ult.* §. 23. *de muner. et honor.* Jac. Gothofredi *ad L.* 18. *Cod. Theod. de lustr. collation.* [*Tom.* V. *p.* 21.] (1).

(1) Add. Schulting. *loc. modo laud.* §. 8. *not.* 12.

L. XXIII.

Quantum vero ad honorem, retinere creditur originem:] Vid. Ez. Spanhem. *Orb. Roman. Exercit.* I. *Cap.* 6. (1) et multi in maxima Romae dignitate magistratus municipales gessere. Spanhem. *d. loc.*

(1) Add. Schulting. *loc. modo laud.* §. 6. *not.* 10. Explicuit hanc Legem Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 355. *seqq.*

L. XXIV.

Quae ex detrimento *solvitur*,] *Damno* (1), *L.* 21. §. 1. *h. t.*

(1) Quod Respublica ipsorum culpa passa est, Pothier. *Tit. de adm. rer. ad Civit. pertin. num.* 14. Explicuit hanc Legem Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XXII. *p.* 231. *seqq.* De verbo *reliquari* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 425. *not.* 12. et notata superius ad *L.* 46. *pr. de adm. et per. tutor.*

L. XXVI.

Ea, quae magis imperii *sunt*, etc.] Quo magistratus mu-

municipales carent. *L. 2. de in jus voc. L. 32. de injur.* (1).

(1) Add. notata superius ad *L. 4. de jurisdiction.*

§. 1.

Magistratibus municipalibus non permittitur in integrum restituere,] Ne quidem post *L. ult. Cod. ubi et apud quem.* Sutholt. *de Jurisdiction. num.* 304. (1).

(1) JCtum etiam addidisse: *aut bonorum possessionem dare*, sed verba haec omisisse Tribonianum ob *L. ult. Cod. qui admitt. ad bonor. possession.* putat Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap. 7. p.* 159. Sed vid. Wybon. *in Tribon. defens. p.* 397. *seq.*

L. XXVII.

§. 1.

Si quis negotia sua non in colonia, etc.] D. Goth. *in not.* „*Coloniae* vocabulo intelligas cum Accursio *villam*, etc." Et aliis. Vid. Otton. *de Aedilib. Colon. et Municip. Cap.* 1. *p.* 37.

Quam ubi colendi *caussa diversatur.*] D. Goth. *in not.* „*colendi ruris caussa*, Hal." et Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Vulg. et Flor. suppletum. Vid. Brencm. *h.* Praecedit: *eo in foro.* Leve hic mendum esse, quod sensum turbat, et legendum: *in eo* (scil. municipio), *foro*, etc. notavit van de Water.

§. 2.

Existimatione *animi esse accipiendum.*] *Ex destinatione*, Rittershus. *ad Novell. Part.* VI. *Cap.* 14. *num.* 3. eleganter (1).

(1) Pari modo P. Fab. *ad L. 76. de reg. jur.* et Brencm. *h.* Flor. est: *exstinatione.* — Sequentem *L.* 28. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de jurisdict.* §. 15. jungit cum *L. 26. h. t.* et *L. ult. de jurisdict.* add. Noodt. *de Jurisd. et imper.* II. 15.

L. XXIX.

L. XXIX.

Incola et his magistratibus *parere debet*, etc.] Vid. Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de judic. num.* 47. Et *Statutis.* Gail. *Obs.* II. 35.

Et illis, apud quos civis est.] Quod et certo casu hodie obtinere, putat Matth. *de Criminib.* XLVIII. 2. *Cap.* 1. *num.* 8. Sed vid. van Leeuwen, *Censur. Forens. Part.* I. *Lib.* I. *Cap.* 6. *num.* 7.

L. XXX.

Qui ex vico ortus est, etc.] Hinc dicunt, villam vel castrum partem esse civitatis, sub qua est. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 5. *Def.* 1. *in fin.*

L. XXXI.

Quod ei interdictum non sit.] Merill. *Obs.* VII. 33. (1) accipit de *deportatis*: ego de *interdictis. L.* 7. §. 10. *seqq. de interd. et releg.*

(1) Etiam Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 9.

L. XXXIII.

Roma] Ejus elogia apud Lindenbrog. *ad Amm. Marcellin.* XIV. *p.* 19.

Communis nostra patria est.] Vid. Senec. *de Consolation. ad Helviam*, *Cap.* 6. Cicer. *de L. agrar. contra Rullum*, II. 32. et *de Offic.* II. 8. *L.* 14. *Cod. Theod. de Senatorib. L.* 21. *Cod. Theod. de Praetor. et Quaestor.* Ez. Spanhem. *Orbe Roman. Exercit.* II. *Cap.* 6. Rittershus. *ad Novell. Part.* IX. *Cap.* 10. *num.* 18. et *Sacr. Lect.* VIII. 11. (1).

(1) Add. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *Roma*, *num.* 2. et Noodt. *ad Tit. Pand. de judic.* Vs. *Sortitur autem reus* etc. — De voce *incolatus*, in seq. *L.* 34., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 421. *not.* 1. et de versione Latina seq. *L.* 35. Jens. *Strictur.*

tur. ad Pand. p. 514. Quae *praecipua civitatis* sint, docet Otto, *de Aedil. Colon. et munic. Cap.* 9. §. 2.

L. XXXVI.

Titio cum esset Romae studiorum gratia, etc.] Vid. Senec. *de Consolation. ad Helviam*, *Cap.* 6.

Is autem, qui suscepisset literas restituendas,] Non *Titius*, ut vult Bynkersh. *Obs.* II. 9.

Collusione facta dedit Lucio Titio (1),] Defendit Bynkersh. *d. loc.* adducta *L.* 85. *de hered. instit.*

Suum nomen scripsit,] *Inscripsit* (2), Bynkersh. *d. loc.* dubi er.

Herennius Modestinus respondit, *Titium quidem viaticum petere non posse*, sed eum *qui nomen* incidisset.] Quia res erat bene gesta, etsi mandatarius, qui literas tulerat, *mandati* teneatur Reipublicae, et Lucius *falsi*, quod Modestinus omisit, ut notum. Cujac. *ad Libb. Modestin. Respons. in expl. h. l.* Bynkersh. *d. loc.* legit: *Titium quidem viaticum petere posse, sed non eum* etc. Sed vereor, ne plusculа exciderint in sequentibus. D. Goth. *in not.* „*nec eum*, Zoannetti. *Restitution. Cap.* XI. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 655.] reprehensus a Roberto, etc." nec placet Ottoni, *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 21. (3). Pro *incidisset* Hal. et Vulg. *indidisset.* Vid. D. Goth. *in not.* Pro Florentina Bynkersh. *loc. laud.*

(1) *Titio* abest a multis Libris. Bynkersh. *d. loc.*
(2) *Inscripsit* etiam Hal. et Vulg. et potuisse *in* post *en* facile excidere, notat Brencm. *h.*
(3) Nec Jauchio, *de Negation. p.* 167. *Sed nec eum* legit Guther. *de Offic. Dom. August. Cap.* 4. *p.* 536. Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 10. *p.* 291. *seu* vel *nec eum*. Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non admittend. p.* 29. *not. r.* pro *sed* reponendum censet: *scilicet*, aut *secundum*. Pothier. *Tit. de Legation. num.* 14. tantum recenset diversas Bynkershoekii Cujaciique sententias.

§. 1.

§. 1.

Titius pro pecunia publica, etc.] Vid. ad hunc §. Leonin. *Emend.* III. 15. (1).

Succedentes gradus] D. Goth. *in not.* „*Succedentes magistratus*, Cujac. *Obs.* VII. 17." Hic tamen *ad Libb. Modestin. Resp. in expl. h. l.* Vulgatam tuetur ex *L.* 11. *pr. de muner. et honor.* add. Leonin. *loc. laud.*

Propter repromissionem (2)] Praeter pactionem.

Eum igitur, qui novissimus nomen probavit, etc.] Vid. *L.* 19. *de tut. et ration. distrah. L.* 44. *pr. de adm. et peric. tutor.*

(1) Et Jens. *Strict. ad Pand. p.* 515.

(2) Hal. *propter remissionem.* Brencm. *h.* quem vid. de hujus vocis scriptura. Sequitur: *a magistratu vendentibus.* D. Goth. *in not.* „*a magistratibus vendentibus*, Cujac. etc." probante Leonin. *loc. cit.* et Pothier. *Tit. de adm. rer. ad civit. pertin. num.* 13. — Sequentem *L.* 37. §. 2. de matrimonio civis Romani cum peregrina accipit Athan. Oteyz. et Olan. *Paralipom.* IV. 14. *num.* 17. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 602. Vid. Herm. Cannegiet. *ad Fragm. Vet. Jurispr. quae exst. in Collat. LL. Mos. et Rom. Cap.* XI. *in fin. p.* 153.

L. XXXVIII.

§. 1.

Muneribus fungi sine damno Fisci oportere:] D. Goth. *in not.* „Imo, non oportet. *L.* 5. §. 12. *de jur. immun.*" scil. cum Fisci damno.

§. 3.

Non cogi muneribus *fungi.*] *Personalibus.* Gloss. Bartol. *h.* Cujac. *ad L.* 1. *Cod. de mulierib. in quo loc. muner. agnosc.* (1).

1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 7. Pothier. *h. t. num.* 24.

§. 6.

Cavere debere,] D. Goth. *in not.* „Imo, non debent. *L.* 49. *jam. etc.*" Aliena.

TITULUS II.

DE DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM.

De *Magistratibus Municipalibus et Coloniariis*, praeter Pancirolum, *de magistr. municip.*, vid. et Reinef. *ad Rupertum*, *Epist.* 31. et Otton. *de Aedelib. Colon. et Municip.*, *Cap.* 2. — De *Decurionibus* Brisfon. *Sel. Antiq.* IV. 15. Langl. *Semestr.* XIII. 2. (1). Dicti *minor Senatus*, Forner. *Selection.* I. 12. [in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 20. *feq.*] (2). Lecti ex *censu* olim. Cicer. *in Verr.* II. 49. ubi *Senatores* dicuntur. Facit huc *Nov. Majorian. Tit.* 1. Late Otto, *loc. modo laud. num.* 4.

(1) Pluribus de his quoque egit Jac. Gothofred. *in Paratitl. ad Tit. Cod. Theod. de Decurion. Tom.* IV. *p.* 552. *feqq.* et Phil. Berter. *Pithan. Diatr.* I. *Cap.* 10. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 847. *feqq.* Vid. et Burg. *Elector.* II. 3. in *eod. Thef. Tom.* I. *p.* 514. *feq.* Quaedam habet quoque G. Jordens. *Diff.* I. *de Legitimation. Cap.* 7. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II, *p.* 580. *feqq.* et Joh. Wasteau, *Diff. de Jur. et Jurisdict. municip. Cap.* 5. in Thef. Diff. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 264. *feqq.* Alii etiam laudantur a Trekell. *ad Brisson. loc. laud.*

(2) Add. Otton. *in Praef. d. Tom.* II. *p.* 11.

L. II.

§. 2.

In avo quoque Papinianus idem respondit (1), *ne patris nota filius macularetur.*] *Ne quà patris*, Ròb. Steph. (2). Obftat. *L.* 11. *Cod. de quaestion.* Wisfenbach. *in Disp.* *ad*

ad h. t. Pand. §. 13. ait, Burgium, *Elector. Cap.* 20. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 342.] hunc locum emendare, et distinguere (3). Vellem, dixisset quo modo. An pro *ne* scribemus: *ni*? Sed Burgius legit, ut hic, addens: *quod si forte* etc.

(1) Scil. ut nepos Decurionis intelligatur etiam is, qui jam natus erat, quum avus ejus factus est Decurio: et sic non obsit ei patris nota, qui forte, antequam is conciperetur, ordine motus est: habeatque ab avo, quod non habet a patre. Pothier. *h. t. num.* 4. add. Cujac. *Obs.* XX. 29.

(2) Etiam Vulg. et Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h. l.*

(3) Burgius locum hunc ita interpungit: *In avo quoque Papinianus idem respondit. Ne nota patris filius maculetur. Quod si forte* etc. aitque, *ne nota patris filius maculetur*, generalem definitionem esse, a qua novus §. initium sumit. Verba autem: *in avo quoque Papinianus idem respondit*, ita accipit, ut Decurionis nepos habeatur, poenisque Plebejorum eximatur, etiam is, post cujus conceptionem et editionem avus Decurio est factus. Quid autem velint: *quod si forte* etc. ignoro, nisi vitiose exarata sint pro *sed si pater* etc. a quibus verbis vulgo seq. §. incipit. Late de hoc §. Trotz. *Memor. propag. Cap.* 5. §. 5. *p.* 307. *seqq.*

§. 4.

Similis Senatoris filio habebitur:] De quo *L.* 7. §. *ult. de Senator.*

§. 6.

Non infavorabiliter (1) *quis medium tempus illi praedesse*, etc.] Ut *pr. Inst. de ingen.*

(1) Insolens verbum.

§. 7.

Nullum patris delictum innocenti filio poenae *est:*] Privilegia tamen a patre, vel mediante ipso acquirenda, sic possunt non acquiri. *L.* 11. *Cod. de quaestion.*

§. 8.

Majores annis LV. etc.] Vid. *L.* 11. *h. t.*

L. III.

Boni consulere debeat humanitatis *sententiae*,] An, *humanitatem*? (1) nam *humanitati*, quod propius est Vulgatae, insolens est.

(1) Sic Hal. Vid. D. Goth. *in not.*

§. 1.

Sed si quis ob falsam *caussam*, etc.] *Falsi*, Hal. Vid. D. Goth. *in not.* Etiam Rob. Steph. (1).

Imp. enim Antoninus edicto proposito statuit, etc.] Vid. *L.* 1. *Cod. de his qui in exil.*

(1) Et mavult P. Fab. *Semestr.* II. 13. *p.* 363.

§. 2.

Cum ex utilitate ejus sit, semper ordinem plenum habere.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 27. *Cod. Theod. h. t.* (1).

(1) De *Lolliano Avito*, cujus hic mentio fit, vid. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 33. et Casaubon. *ad Capitolin. in Pertinac. Cap.* 1.

§. 3.

Eis, qui Judaicam superstitionem sequantur, etc.] Vid. Grotium, et Pric. *ad Act. Apostol.* XXV. 19. Imo et civitas his saepe data. Spanhem. *Orb. Roman. Exercit.* I. *Cap.* 16.

Divi Severus et Antoninus etc.] D. Goth. *in not.* „*Divi Verus et Antoninus*, Hal. etc. Hoc tamen displicet Anton. Augustino etc." Et mihi (1).

1) Vid. Schulting. *ad Vit. Ulpian. a Bertrando conscriptam*, *not. e.* in *Jurispr. antejustin. p.* 552. ubi tamen mo-

monet, pro *Divi* legendum esse: *Divus.* add. Westenberg. *in D. Marco, in Praef. circa fin.* Otton. *de Aedilib. Colon. et municip. Cap.* 7. ubi late de hoc §. egit, et *in Papinian. Cap.* 15. §. 9. *p.* 592. *seq.* Bynkersh. *de Religion. peregrin. Diss.* II. Vs. *Judaeis etiam* etc. Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 1. *p.* 140. *seq.*

L. IV.

Decurio, qui prohibetur conducere quaedam, etc.] Vid. Matth. *de Auction.* II. 3. *num.* 12.

Si jure successerit in conductione (1), etc.] Saepe hereditario jure possumus habere, quae per nos non possumus. *L.* 2. *ad L. Jul. de vi publ. L.* 9. §. *ult. de re militar.* Matth. *de Auction. d. loc. num.* 20. 21. Nec de hoc casu agunt Leges.

(1) *Conductionem,* Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* — Quae Schulting. ad seq. *L.* 5. notavit, supra jam retuli ad *L.* 8. *de postuland.* ubi vide. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 4. *p.* 705. *seqq.*

L. VI.

§. 2.

Decurio etiam suae civitatis vectigalia exercere prohibetur.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 97. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* IV. *p.* 470.] (1).

(1) De *Sportulis,* quarum mentio fit praec. §. 1., vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 17. *num.* 17. et Langl. *Semestr.* VI. 2.

§. 4.

Muneribus civilibus pro filio non tenebitur.] Facit huc *L.* 7. §. 3. *h. t.* D. Goth. *in not.* „Imo, tenebitur. *L.* 2. *Cod. de filiisfam.*" Non obstat.

§. 5.

Eorum caussa potior habetur in sententiis ferendis, etc.]

 Ubi

Ubi primus locus honorificus. Maynard. *Decis. Tholos.* I. 71. ubi hac de re.

Sed et qui plures liberos habet, etc.] Hoc ex *L. Julia et Papia.*

L. VII.

Paulus Lib. II. *Sententiarum.*] Lege: *Lib.* I. (1).

Honores et munera non ordinationi, etc.] D. Goth. *in not.* „*ordinatis omnibus*, H. a Porta." Et Rob. Steph. (2).

(1) Ut Flor. est.

(2) Schulting. *ad Paul. Sent. Tit. de Decurion. not.* 1. in *Jurispr. antejustin. p.* 215. cogitare quis posset, inquit, legendum esse: *ordinis rationi.* Sed Florentinam tuetur, et in eundem sensum exponit Cujac. *ad L.* 46. *Cod. h. t.* eumque sequitur Goth., quamvis eum non nominet. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 118. *Cod. Theod. de Decurion.*

§. 1.

Surdus, et mutus, etc.] Vid. Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* IV. *Cap.* 2. *num.* 55. *seqq.*

§. 2.

Is, qui non sit Decurio, Duumviratu, etc.] D. Goth. *in not.* „*Duumviratu*, Vulg. Hal." Etiam Rob. Steph. (1). *Consules* hi quoque dicti. Otto, *de Aedil. Colon. et municip. Cap.* 2. *num.* 5.

(1) Add. Schulting. *loc. modo laud. not.* 2. Sub *aliis honoribus* contineri *Aedilitatem*, docet Otto, *loc. cit. Cap.* 5. §. 3.

§. 3.

Vel quo alio modo etc.] Facit huc *L. praec.* §. 4. *L.* 3. §. 5. *de muner. et honor.* (1).

(1) De voce *contestatus* pro *testatus* vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 14. §. 6. *not.* 19. — Ad seq. *L.* 8. vid. Finestr. et de Monzal. *in Hermog. Jur. epitom.*

Libb.

Libb. Tom. I. *p.* 365. *seqq.* et Otton. *de Aedil. Colon. et Munic. Cap.* 11. §. 7. *p.* 396. *seq.*

L. IX.

Severus *Augustus dixit*, etc.] *Alexander Severus* secundum Cujac. *ad pr. Inst. de ingen.* non recte (1).

(1) Vid. Jan. a Costa, *ad d. pr. Inst.* et Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 5. §. 8. *not.* 15. ubi de hac Lege.

L. X.

Sola albi proscriptione (1) etc.] Ita recte Pancirol. *de Magistr. Municip. p.* 188.

Qui secundum Legem Decurio creatus non sit.] Facit huc *L.* 12. *de appellation.*

(1) Sensus est, *sola inscriptione in albo.* add. Cujac. *ad Libb. Modestin. Resp. in expl. h. l.* et Pothier. *h. t. num.* 6. Hal. *perscriptione.* Al. *salarii praescriptione.* Vid. D. Goth. *in not.*

L. XI.

Sed etiam qui grandes *natu sunt*,] Id est, *nimis grandes.* Vid. *L.* 2. §. *ult. h. t.* Al. *graves*, teste Glosf. *h.*

Ad tempus excusantur:] Sic et *L.* 1. §. 3. *de postul.* (1) ubi Glosf.

Neque enim minores XXV. *annis* etc.] Vid. *L.* 1. *Cod. qui et adv. quos in int. rest. non poss.*

Neque hi qui annum LV. *excesserunt:*] Vid. *L.* 2. §. 8. *h. t.*

(1) Ad quam vid. notata.

L. XII.

Eos, qui utensilia *negotiantur*, etc.] Vid. Cujac. *Obs.* XXVII. 29. *Esculenta*, Glosf. *h.* add. *L.* 2. *de nundin.* Lactant. *de Mortib. persecut. Cap.* 27. J. F. Gronov. *de*

Recum. Veter. II. 7. (1). Dissentit Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de supellect. legat.* §. 14.

Non sunt prohibiti ejusmodi homines, Decurionatum (2) etc.] Qui est dignitas. Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 92. *Cod. Theod. h. t.* [*Tom.* IV. *p.* 466.] (3).

Nam paucitas eorum, qui muneribus publicis fungi debeant, etc. invitet.] *Invitat*, Rob. Steph. (4).

(1) Etiam Pothier. *h. t. num.* 15.
(2) Sequitur: *vel aliquem honorem*, id est, *vel alium quem*, ut saepe alibi. Vid. notata superius ad *L.* 2. *quod cuj. univ. nom.* et ad *L.* 20. *de servitutib.*
(3) Add. Wissenbach. *in Disp ad h. t. Pand.* §. 12. et Otton. *de Aedil. Colon. et Munic. Cap.* 12. §. 5. quem etiam vid. *ibid. Cap.* 13. §. 6. ad verba: *licet ab Aedilibus caeduntur.*
(4) Vid. ad haec Gluck. *Tit. de his qui not. infam.* §. 376. *not.* 7. *p.* 147. *seq.*

L. XIII.

§. 1.

Et dignitas certa *spem ejus honoris* etc.] *Certam*, Rob. Steph.

Id faceret,] *Jus faceret*, Rob. Steph.

Ut Princeps indulgere possit.] *Ut id Princeps* etc. Rob. Steph. (1).

(1) Pari modo, ut Rob. Steph., etiam Hal. Vid. Brencm. *h.* qui alias etiam Lectiones refert, ipse autem mallet: *et dignitas certa id faceret, ut spem ejus honoris Princeps indulgere possit.* Cujac. *Obs.* XX. *ult. et dignitas, certa spes ejus honoris, id faceret, ut Princeps* etc. Cujacium sequitur Pothier. *h. t. num.* 12. Sed ingeniosius, quam probabilius Cujacium ita legere, dicit Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 516. Vid. et ad hanc Legem Jos. Fern. de Retes, *Miscellan.* I. 17. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 61.

L. XIV.

L. XIV.

De Decurione damnato non debere quaestionem *haberi*, etc.] Juxta morem, de quo ad *L.* 29. *de poenis* (1).

(1) Add. Trotz. *de Memor. propag.* Cap. 5. §. 3. p. 296. *seqq.*

TITULUS III.

DE ALVO (1) SCRIBENDO.

De hac voce Salmas. *de Modo usur.* Cap. 15. p. 678. *seqq.* (2). De eo Euagr. *Histor. Eccles.* III. 42. *Album Apostolorum*, Tertullian. *Adv. Marcion.* V. 1.

(1) Taurell. ALUO pro ALBO.
(2) Add. Brisson. *de Verb. Sign.* voce *album.* Jac. Gothofred. *ad L.* 48. *Cod. Theod. de Decurion. not. d.*

L. I.

Puta qui Duumviratum gesserunt, si hic honor praecellat,] Non igitur id semper factum. Vid. Otton. *de Aedilib. Colon. et Municip.* Cap. 12. §. 6. *et* 7.

Et inter Duumvirales antiquissimus quisque prior: etc.] Vid. hac de re Menag. *Amoen. Jur.* Cap. 28.

§. 1.

In sententiis quoque dicendis idem ordo spectandus est, etc.] Vid. *L.* 6. §. 5. *tit. praec.* Gell. *Noct. Attic.* XIV. 7. Aliter Augustus apud Sueton. *in August.* Cap. 35.

